communem omnium intellectum, ut plenè ostē-
sum est supra; unde difficultas ad hoc tantùm re-
stringitur, an sic dispensati tueri se possit ex titu-
lo putativo, & communi errore, juxta terminos l.
Barbarius ff. de off. Prætor.

4 Et quidem gesta publici officij auctoritate per
Prælatum sive Ordinarium, sive delegatum, qui
communi æstimatione credebatur auctoritatem
habere, regulariter sunt valida, ut de Ordinario
est textus in d. l. *Barbarius*, & de Delegato in cap.
Infamis, §. *Veruntamen*, 3. q. 7. Imò quamvis Inno-
cent. in cap. *Cum dilecta, de rescript.* teneat. d. l. *Bar-
barius* habere locum in Ordinario tantùm, prout
loquitur, non autem in Delegato; idemque vi-
deatur sentire Bart. in l. 2. C. *de Senator.* tamen
cōmunis opinio est in contrarium, quam sequun-
tur Angel. & Salyc. in *d. l.* 2. Imola in l. *Quidam con-
sulebant, de re iudic.* Abb. in cap. *Gratum, n.* 11, *de offic.*
5 *Delegat.* Quæ conclusio habet locum etiam in
spiritualibus, in quibus jus divinum non repug-
nat, ut censet Innocent. Hostiensis, Cardin. & alij
in cap. *Nihil, de elect.* & idem Innoc. in cap. *Verita-
tis, n.* 2 *de dol. & contum.* Rosell. *in ver. Confessio sa-
cramentalis*, 3, *n.* 4. Tabien. *Absolutio*, *n.* 3. Ang.
Confessio, 4, *n.* 12. Sylvest. *Confessor*, 2. *num* 15. &
Navarr. in cap. *Placuit, de pœnit. dist.* 6. *n.* 177.

6 Ideoque indulgentias concessas à falsis Prælati-
bus ob communem errorem putat esse validas Jas.
7 in l. *Præscriptione. n.* 26 C. *Si contra ius* Et matrimo-
nium contractum coram Parocho carente legiti-
mo titulo ob vitium aliquod latens esse validum
tenet Henric. *lib.* 11 *de matrim. c.* 3. *n.* 4. & Man. 1.
tom. Summæ 2 *edit. c.* 219. *n.* 8.

8 Et generaliter rescriptum omninò falsum cu-
jus tamen falsitas ignoratur, tribuere jurisdictio-
nem, cum propter dubium constituat Delegatum
in quasi possessione jurisdictionis, tradit Bart. in d.
l. *Præscriptione*, quem sequitur Card. in cap. *Super
litteris de resc.* & illius opinionem putat veram Jas.
in d. c. n. 26.

Verumtamen ad hoc ut valeant gesta ab eo, qui
auctoritatem non habet, non sufficit communis
error, sed requiritur etiam titulus à Superiore col-
latus, licèt is titulus sit revera invalidus ob vitium
aliquod occultum: ita probat text. in dicta l.
Barbarius, & in d. cap. *Infamis*, ibi: (Si servus cum
putaretur liber ex delegatione sententiam dixit.)
& sensit glos. *fin.* in d. cap *Nihil, de elect.* ubi dicit id-
circo ibi valere acta illius Prælati, quia fuit in
quinta administratione, & in quasi possessione
prolationis de licentia Papæ, & pro Prælato habi-
tus fuit; quam glos. illic sequuntur Innoc. *nu.* 4 Jo.
And. *n.* 28. Butr. *n.* 27. Anchar. *in fine qu.* 4. ubi Jo.
Vinc. & Goffred. in hanc sententiam citat. Imol.
n. 7 & Abb. *n.* 11. dicens: (Nec cōmunis error juvat
ex quo deest auctoritas superioris: Nam lex *Bar-
barius, ff. de off. Præt.* fundat se super cōmuni er-
rore, & super auctoritate superioris; nam ille ser-
vus, qui putabatur liber, habuit officium à supe-
riore; & sic concurrebant ibi duo, scilicet aucto-
ritas superioris, & communis error: secùs autem
ubi adesset unum tantùm, ut tenuit *hic* Innoc. &
Bald. in repet. d. l. *Barbarius*) Hæc Abb. Idem te-
net Archid. in cap. *Alienationis*, 12 *q.* 2. *n.* 2. & alii
copiosè relati à Tiraquell. *post leges connub. glos.* 8.
nu. 145 Tabien Ang. Sylvest. & Navarr. *in locis
supra cit.* & est communis opinio, ut testatur Abb.
in cap. *Dudum, il secondo, n.* 20. *de elect.*

9 Neque verò ad hoc satis est, ut titulus confe-
ratur à quocumque superiore, sed conferendus
est, à legitimo, & auctoritatem habente, ut docuit
Compost. in d. cap. *Nihil, nu.* 4. *in ver. Administret,
vers. Item per superiorem confirmatum*, quem refert,
& sequitur ibi Anton. de Butr. *nu.* 24. Anch. *ibi ad
fin. quæst.* 4. Henrich Boich. *in* §. *Cæterum*, *num.* 4.
idem apertè scripsit Bald. in d. l *Barbarius in pri-
ma lectura, num.* 29 & ibi Jas. *nu.* 48. & 51. Ber-
trand. *cons.* 128 *ad fin. volum.* 1. Anton. Gabr. *in tit.
de probat. lib.* 3 *concl.* 8. Et ideo etsi valida sint ma-
10 trimonia celebrata coram Parocho, qui caret ti-
tulo ob occultum aliquod vitium, tamen nulla
sunt contracta coram Parocho intruso, qui scili-
cet à superiore titulum non habet, ut tradunt
Henr. & Manuel *loc. cit.* & post eos Sanch. *de
matr. lib* 3. *disp.* 2. *n.* 60.

Quemobrem cum in casu, de quo agitur, Ordi-
narii qui auctoritate Apostolica dispensaverunt
gravia gradibus falsò expressis in litteris nullā
habuerint facultatem dispensandi à Summo Pon-
tifice, sed potius ab illo Regulari, qui litteras vi-
tiavit, hinc videtur sequi ut, matrimonia in vim
dictarum dispensationum cōtracta, fuerint pror-
sus irrita, ac nulla, non obstante communi erro-
re, & ignorantia falsitatis litterarum.

11 Neque obstat quod valeant indulgentiæ con-
cessæ à falsis Prælatis, si communiter sint habiti
pro veris: nam respondetur Jason. id non asse-
rere, sed tantùm eas non minus operari quoad salu-
tem animarum, quàm si essent concessæ à Prælato
vero, sentiens per hæc verba, opus tribuenus e-
leemosynam falso quæstori esse meritorium: ita
enim loquitur Anchar ab eo relatus; alioquin si
sentiret indulgentias esse validas, ejus opinio esset
erronea, nec posset defendi, nisi quando Prælatus
habuisset legitimum titulum à superiore, & tamē
titulo careret ob occultum aliquod impedimen-
tum. Ideoque contrariam sententiam, idest in-
dulgentias concessas à Prælato cum falsis bullis
non valere, sequitur Oldrad. *cons.* 76. *Quæritur de
illo, per tot* Ancharan. in Clem. *Abusionis*, *in princ.
de pœnit. & remiss.* cum quo transit Felin. *in suo
tract. de indulg. col. ult. vers. Cæterum*, *de indulgentijs
Episcoporum*, Card. in d Clem. *Abusionibus*, § *Ad hæc
q.* 5. Dec. in cap. *Tuarum, n.* 6. *de privileg.* & idem-
met. Jas. in l. *Si Urbana, nu.* 8. *vers. Alibi tamen, ff. de
cond. indeb.*

Quemadmodum neque obstat quod secundum
Bart. rescripta omnino falsa tribuant jurisdictio-
nem, si illorum falsitas ignoretur: nam responde-
tur Bartoli sententiam hac in parte esse commu-
niter reprobatam; & contra eam tenent Bald. &
Fulgos. in d. l. *Præscriptione*, Innoc. in cap. *Cum ve-
nerabili, de except. vers. Nunc de octavo*, ubi dicit obe-
diendum esse Prælato minus justo, qui est in pa-
cifica possessione, dummodo concurrat aucto-
ritas superioris; secus verò si per falsas litteras
obtinuit reputatum Prælatum: & pleniùs idem
Innoc. in cap *Super litteris, in ver. Forsan. nu* 6 *vers.
Sed quod si litteræ falsæ dicuntur, usque in finem illius
glossæ de rescript.* latè Bellam. *decis.* 84. incip *Executo-
ria*, & Felin. in cap. *Ad audientiam, il secondo nu.*
21. *versic. Fallit septimò*, *de rescript.* & contra
Bartolum tenere omnes Legistas, & Canoni-
stas testatur Jas. in dicta l. *Præscriptionem*, *sub
num* 26.

Quæ opinio est etiam de jure verior quidquid
in

Quæ opinio est etiam de jure verior quidquid
in oppositum scripserit ibi Jas. contra quem est
textus clarus hic ubi sententia supponitur lata per
judicem cum ignorantia falsitatis rescripti; ideo-
que verbum illud, *authoritate*, exponitur à Car
din *num.* 1 idest secundum apparentiam, & inten-
tionem judicantis, qui credidit litteras esse ve-
ras, & tamen deciditur, ut propter exceptionem
falsitatis postea propositam sententia executioni
mandari non debeat, cum deficiat fundamentum
jurisdictionis, & ita communiter intelligunt Doc-
tores hanc Decretalem, ut initio diximus *num.* 2
ergo per falsum rescriptum licèt illius falsitas ig-
noretur nulla tribuitur jurisdictio.

Non obstat *decis.* Rotæ 136. *aliàs* 2. *de fil. Pres-
byt. in novis*, quæ incipit, *Voluerunt Domini, n.* 7. ubi
dicitur resolutum fuisse dispensationem factam
per illum, qui communiter reputabatur habere
facultatem super matrimonio, valere, licèt facul-
tatem non haberet, per *cons.* Anchar. 409. *Viso, &
diligenter inspecto, in fin.* nam respondetur Anch.
non firmare in suo casu dispensationem factam
ab Episcopo durante schismate in gradibus Sedi
Apostolicæ reservatis esse validam propter cōmu-
nem reputationem; imo supponit eam nullā, sed
tantùm asserit contrahentes ob cōmunem errotē
excusari ad effectum legitimitatis prolis: ait enim
num. 7. *in fin* [Dicebam quod præsupposito R. P.
Dominus electus Leodien. non potuerit in dictis
gradibus dispensare, tamen ejus dispensatio, licèt
nulla, excusat ipsos, saltem quoad legitimationem
prolis postea susceptæ.) & infra, (Excusantur isti
propter communem errorem; credebatur enim
ab omnibus in illis regionibus Ordinarium dis-
pensare tunc posse, & omnia agere, quæ aliàs e-
rant Papæ specialiter reservata.) Et quamvis sub-
dat, cōmunem errorem reddere actum validum,
qui aliàs non valeret; tamen hoc generaliter asse-
rit, non autem de illa dispensatione in particulari.
Unde prope finē concludit sic. (Etsi non potuit,
tamen postquam dispensavit, dicta dispensatio
tribuit conjugatis bonam fidem, saltem quoad
hoc ut filii propter justam ignorantiam parentū
debeant reputari legitimi.) Decisio autem Rotæ
potest salvari in eo tantùm casu, in quo dispensa-
tor carebat dispensandi potestate ob aliquod vi-
tium occultum, non autem ex eo quod non habe-
ret legitimum titulum dispensandi à summo Pon-
tifice; aliàs enim resolutio non esset juridica, ut
ex supra dictis constat.

Unde posset committi Nuntio Hispaniarum,
ut iterum dispenset cum his, qui ut proponitur
matrimonium bona fide contraxerunt, ut valeat
iterum contrahere servata forma Concil. Tri-
dentini. Et ita resolutum.

13 Ex prædictis videtur inferri posse, ut irritæ sint
provisiones, & dispensationes, quas nuper cōces-
sit in Belgio Cardinalis Legatus Germaniæ super
impedimentis dirimentibus, cap. *Cum dilecta*, *de
rescript.* ita ut sic provisi, & dispensati non sint tuti
ex titulo putativo, & communi errore: nam etsi
sub Germania comprehendatur tam superior, quā
inferior secundum tabulas Geographicas, tamen
ex stylo in facultatibus sub nomine Germaniæ nō
venit Belgium, nisi specialiter exprimatur juxta
14 declarationem S. D. N. Urbani VIII. Ideoque in
Constitutione Sixti V. de visitandis liminibus hu-
jusmodi provinciæ ponuntur tamquam distinctæ,
ibi, *Germani verò, Galli, Hispani, Belgæ.* &c. Quam-
obrem cum quoad Belgium defuerit omnino ti-
tulus Apostolicus, cōmunis error, & reputatio nō
15 suffragatur, ut ex dictis patet: & bona fides po-
test quidem excusare à culpa, & pœna, sed non va-
lidare actum, ut sunt jura clara in c. *Si postquam*, in
cap. *Dudum*, §. *Nos igitur*, in c. *Si beneficium*, & in
cap *penult. vers. Licèt ab ignorantibus, de præb in* 6. &
notat Archid. in cap. *Si Apostolica, circa med. eod.
tit. & lib.* & Felin in cap 2. *num.* 7. *vers. Quartò li-
mita, de Constit* & eo magis, quia Sanctitas sua di-
xit se benigne acturam cum sic provisis, & dis-
pensatis, ubi novas provisiones, ac dispensatio-
nes petierint à Sede Apostolica: atque ita ex
mente Sanctissimi videntur egere nova gratia.

DE CRIMINE FALSI.

Cap. Licet.

SVMMARIVM.

1 Litteræ *Apostolicæ novem modis hic expressis fal-
santur.*
2 *Doctrina non est tradenda de his, quæ melius est nescire,
quam scire.*
3 *Falsantes, seu confingentes signaturarum supplicationis
Papalis scribendo verbum*, fiat, *an incurrant pœnas cap.* Ad falsariorum, infra eod. *& n. seqq.
usque in finem.*
4 *Argumentum à partium enumeratione validum est in
iure si species omnes enumerentur; aliàs secus,
n.* 32.
5 *Litteræ Apostolicæ non dicuntur expeditæ nisi quando
in plumbo sunt.*
6 *Supplicatio non est litteræ Bullatæ; est tamen litteræ
Papalis, & n.* 31. *&* 35.
7 *Falsarij supplicationum gratiam, vel iustitiam con-
cernentium à Papa signatarum excommunicantur
in Bulla Cœnæ.*
*Supplicationes à Papa signatæ in materia odiosa non
veniunt appellatione litterarum Apostolicarum, ibid.
& n* 30.
Contrarium, n. 31. *&* 36.
8 *Supplicatio sola non probat ius alicui competere.*
9 *Et illius clausulæ quandoque ab officialibus aliter ex-
tenduntur, & restringuntur, & n. seq.*
10 *Et aliquando iustis de causis supplicatio laceratur.*
11 *Supplicatio sola ius certum non continet, nec suffraga-
tur litteris non expeditis, & n.* 13.
12 *Sed continet gratiam informem, & n.* 19.
13 *Et intrans possessionem beneficij litteris non expeditis,
licet habeat supplicationem signatam, perdit
omne ius.*
14 *Et sola supplicatio non dat canonicum titulum, saltem
in suo esse perfecto.*
15 *Litteratum expeditio dat formam, & perfectionem
gratiæ.*
16 *Et per illas gratia digesta, & suam perfectionem totali-
ter habere dicitur.*
17 *Supplicatio adhuc in utero existere dicitur donec per
expeditionem litterarum in mundum producā-
tur.*
18 *Et sumptum de Registro supplicationum iudicis fidem
non facit: secus in sumpto litterarum Bullata-
rum.*

Fal-

20 *Falsificatio litterarum apostolicarum enormius est delictum, & severiùs vindicandum, quàm falsificatio supplicationum signatarum.*

Contrarium n. 26 & seqq. usq. in finem.

22 *Litteræ si discrepent à supplicatione, statur supplicationi tanquam matrici, & non litteris.*

23 *Litterarum registrum, & indesumpta debent reformari, & corrigi iuxta originalem supplicationem.*

24 *Instrumentum discrepans à matrice, seu protocollo debet secundum illud corrigi, & emendari.*

25 *Expeditiones duæ si sint inter se difformes, recurritur ad supplicationem tanquam ad matricem.*

26 *Supplicatio attenditur etiamsi non exhibeantur litteræ ubi non agitur de canonizanda gratia.*

27 *In supplicatione, & signatura Papæ consistit tota substantia gratiæ.*

Litterarum expeditio non requiritur, sed ad probationem ibidem.

28 *Substantiam rei gravius est corrumpere, quàm illius accidentia.*

29 *Falsitates facilius committuntur in supplicationibus, quàm in litteris, & cur.*

31 *Falsare signaturam Papæ, seu fiat, proprissimè est falsare litteras Apostolicas.*

33 *Supplicatio quando est registrata, & soluta componenda non habet locum regula de non iudicando iuxta formam supplicationis*

34 *Nec potest lacerari ab officialibus cùm sit gratia perfecta.*

1 LICET. Ponit novem modos falsandi litteras Papales. Hoc dicit, & advertunt Doctores hanc Decretalem legendam esse cum Bulla ad oculum demonstrata, ut per hic Abbat. Jo. de Anan. & Marian. Socin. in princip.

2 Nota ex textu novem modos, per quos falsitas committitur in litteris Apostolicis. Et dicit hic Goffred. non esse tradendam doctrinam qualiter hujusmodi falsitates perpetrentur: Sunt enim quædam, quæ melius est nescire, quàm scire, c. *Quamvis, in fin. 38. distinct.* & docuit Philosophus *lib. 12 Metaphysices tex. 51.* & S. Thomas in 1. *par. q. 22. art. in 3, argum. contrario*, & in illius responsione; ubi reddit rationem, quia cogitatio malorum pervertit interdum voluntatem in malum; unde Seneca *ad Lucillum Epistola 76.* monet ipsum ne discat quæ forent dediscenda si sciret; & Marcus Varo notabiliter inquit; quædam sunt eradenda de animo scientis, quia inserendi verum locum occupant. Item Hieronimus *ad Clerum*: Non discat puer quod ei postea dediscendum est. Difficiliter enim eradicatur quod rudes animi receperunt, sed nihilominus, ut subdit idem Goffred. legimus quædam, ut cognoscamus, & reprobemus, cap. *Legimus, 37. distinct.* Nam prudentis est eligere bonum, & reprobare malum. Ideoque, hæ falsitates ad hunc effectum hic explicantur: & fusiùs post Hostiensem, & Jo. Andr. per Marian. Socin. *hic in 2. not. ab* ad quos recurre, si te moveat curiositas.

3 QUÆRO, an falsantes, seu confingentes signaturam supplicationis Papalis scribendo verbum, *fiat*, vel aliud æquipollens censendi sint falsarij litterarum Apostolicarum, de quibus loquitur hæc Decretalis, & c. *Ad falsariorum infra eod.*

4 Ad partem negativam inducitur. Primò hoc cap. Ubi enumerantur modi, quibus fallantur litteræ Papales, & inter hos non ponitur modus falsandi supplicationes; seu signaturas Papæ, ergo talis modus non est inter alios connumerandus, arguendo à sufficiēti partium enumeratione juxta textum in l. *Patre furioso*, ubi Bart. Bald. Angel. & DD. notant. *ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur.* &

5 in c. *Cùm dilectus*, & ibi Abb. *n. 6. de Iurepatr.* Et confirmatur, quia hæc littera in singulis novem modis, in quibus exprimit varietates falsitatum, quæ committuntur circa litteras Apostolicas semper loquitur de litteris Bullatis, seu sub plumbo, idest quibus apponitur, seu appenditur Bulla plumbea, ut patet legenti per discursum; Ideoque litteræ non dicuntur expeditæ nisi quando in plumbo sunt, ut per tex. nostrum dixit Gomes. *in regul. de non iudicand.* juxta forma supplicat. *in 1. quæst. num. 5 vers. Testamen ulterius*, ubi refert ita tenuisse Rotam in Salamantina Parochialis mense Novembris 1539. coram Marcello Crescentio, & ita servatur in practica, ut inquit Fe-

6 lin, in cap. *Ex diligenti in fin. de simon* Supplicatio autem non est littera bullata, nec ei aliqua Bulla apponitur, ut est notissimum: Ergo cum supplicationi non adaptentur verba hujus textus, consequenter nec ejus dispositio adaptari potest, l. 4. § *Toties. ff. de damn. infect.* cum similibus. Cum præsertim materia sit odiosa, & pœnalis, & sic restringenda, ut in regula *odia. de regul. Iur. lib. 6.* & cap. *Pœna de pœnit. distinct.* 1. cum suis concordant.

7 Deinde ad hanc partem Navarr. *in manual. cap. 27, nu. 62. vers. Declaratio prima inducit Bullam Cœnæ Domini, quæ in §. 6.* excommunicat falsarios litterarū Apostolicarum, nec non supplicationum gratiam, vel justitiam concernentium per Romanum Pontificem signatarum. Per quam clausulam juncto cap. *Ad falsariorum, infra eodem* arguit Navarr. quod appellatione litterarum Apostolicarum in materia odiosa non includantur supplicationes à Papa signatæ, quas signaturas vocamus; alioquin illud cap. Puniens fallantes litteras Apostolicas superfluè per Bullam Cœnæ extenderetur ad falsantes signaturas.

8 Ad idem conferunt quamplures differentiæ, quæ sunt inter supplicationes, & litteras, & omissis alijs, quæ ad rem non pertinent, supplicatio concludenter non probat jus alicui competere, quia forte quando litteræ expediri debent Cā-

9 cellariæ officiales, clausulas supplicationis aliter extendent, vel restringent, & forsitan super tali supplicatione litteras non dabunt, quia, ut experientia docet, plures supplicationes expediri nequeunt eo quod in eis reperiantur aliquæ clausulæ, quæ sunt contra stylum, ut observat Gomes. *in reg. de non iudicand. iuxta formam supplicationis, q. 1.*

10 *n. 2. vers. Quia sola supplicatio*, & re ipsa supplicationes jam signatæ aliquando justis de causis lacerantur, & Datarius ex officio muneris sui supplicationibus tam signatis, quàm signandis, ut ratio postulat, addit & detrahit, ut dixit Rota *in Causa Meten. Prioratus* 17. *Maij* 1627. coram Merlino (qui priùs fuerat Datarius Gregorij XV. *decis. 68. num. 9. & 10 par. 5. rec.* post

11 Gonzal. *super regul. de mensib. glos. 63. num. 54 & seqq.* & ideo supplicatio non videtur certitudinem continere secundum Gomes. *ubi supra.* Nec suffragatur litteris non expeditis Rot. *dec. 509. n. 16.*

par. 5.

par. 5 tom. 2. in recentiorib. & est expressum in ex-

12 *travag. Iniuncta, de election. & in const.* Julij III. hac de re edita, ut propterea per solam supplicationem gratia informis per Rotam appellari solet,

13 ut patet in *decis. 19. de concess. praeben. in novis.* Quo fit ut intrans possessionem Beneficij litteris non expeditis, licet habeat supplicationem signatam, omne jus perdat, ut inquit Felin. in c. *Veniens, nu. 3. vers. Et adde quod intrans possessionem, de accusationib.* & est tex. in d. extravag. *Iniuncta, de election.* aliàs frustra Papa in Cancellaria tot officiales constitueret, dans illis formas per suas regulas expediendi, si sola supplicatio sine expeditione sufficeret, ut notat Ægidius Bellam. *in cons. 34. supposito statuto in 6 col. in responsione ad 1.*

14 *dub. vers. Aut quæris*, merito Rota jus quod acquiritur per supplicationem, judicavit informe, & confusum, adeo ut ante litterarum expeditionem plerique DD. voluerint non dari canonicum titulum saltem in suo esse perfecto, ut dixit Ægid. *decis. 110. in 3. col. & decis. 664* & tenet etiam Nicol. Milis Rotæ Auditor *in reper-*

15 *torio in verb. Gratia Apostolica*, cum quibus concordat *decisio 20. circa secundum num. 5. de concess.*

16 *praeben. in novis.* At verò per expeditionem litterarum forma, & perfectio gratiæ datur, ut dixit Rota *decis. 27. de rescript. in novis* repetita apud Ægid. *decis. 46*, & per illas omne dubium tollitur, & gratia digesta, & suam perfectionem totaliter habere dicitur, ut tradit Oldrad. *in cons. 324.* incipien. *Factum tale est*, Dominus noster, num. 3. vers. Quartò circa renunciationem, & ut Bald. inquit per l. *Contractus. C. de fid. Instrum.* relatus à Gomes. *in regul. de non iudican. iuxta form.*

17 supplicat *q. 1. num. 3.* sola supplicatio adhuc in utero existere dicitur, donec per expeditionem litterarum in mundum producatur, & hinc fit ut

18 sumptum de Registro supplicationum signatarum in judicio fidem non faciat, ut dicit Ægid. *decis. 252.* secus autem si sumptum litterarum Bullatarum extrahatur, ut dicitur in *dec. 28. de probation in Antiq.* & refertur à Gomes. *ubi supra num.*

19 4. Hinc etiam fit, ut Romani Pontifices ediderint tres regulas Cancellariæ, videlicet regulam de nō judicando juxta formam supplicationis, sed litterarum expeditarum, in cujus exordio dicitur. Cum ante confectionem litterarum gratia Apostolica sit informis, &c. Item *regulam 29.* quæ disponit commissiones non valere litteris non expeditis. Item regulam 53. quæ vult dispensationes

20 similiter non valere non expeditis litteris. Ex quibus omnibus deducitur multa graviùs delinquere, & atrociorem incuriam Papæ irrogare, ac majus præjudicium inferre posse falsantem litteras Bullatas, in quibus consistit totalis perfectio gratiæ, & secundum quas est judicandum, quàm falsantem supplicationes signatas quæ continent gratiam rudem, & informem, & quæ sine litteris minimè suffragatur, & consequenter pœna falsantium litteras Apostolicas, de qua in cap. *Ad falsariorum infra eod.* non debet extendi ad eos, qui falsant supplicationes, seu signaturas, quia pœna ita debent adæquari, & commensurari delictis, ut quod sceleratiùs est commissum graviùs vindicetur, cap. *Non esseramus, 24. q. 1.* cap. *Quæsivit de ijs, quæ fiunt à maior part. Capit. c. fin. in fin. de excessib. Prælator.*

21 Ad partem verò affirmativam facit, quia si litteræ discrepent à supplicatiōe, statur supplicationi tanquam matrici, & non litteris, Caputaq. *decis. 75. nu. 6. & decis. 227. lib. 1. Rota decis. 730. n. 1. par. 2. rec.* & litteræ sunt corrigendæ ad formam supplicationis, ut dixi in cap. *Ex conscientia nu. 7.*

22 *infra eod.* Et litterarum registrum, & inde sumpta debent reformari, & corrigi juxta originalem supplicationem Mandos *in reg. de non iudic. iuxta formam supplicat. q. 19. n. 6.* Rota *decis. 387. nu. 10.*

23 *par. 5. rec.* Trita enim est regula ut instrumentum publicum discrepans à matrice, seu protocollo debeat secundum illud corrigi, & emendari l. *Si quis ex argentarijs, §. Prætor.* & ibi Bart. *num. 3. ff. de edend.* Felin. in cap. *Quoniam contra, num 10. de probat.* cum alijs cumulatis in præalleg. *dec. 387.*

24 Unde etiam videmus ad supplicationem tāquam ad matricem esse recurrendum, si expeditiones duæ sint inter se discordes, ut decidit Rot. *in recent. decis. 225. num. 10. part. 4 tom. 2.* allegando Bart. in l. *Sempronius, ff. de leg. 2.* & in l. *Si Librarius,*

25 *num. 9. ff. de reg. iur.* Imò sola supplicatio attenditur etiamsi non exhibeantur litteræ expeditæ ubi non agitur de canonizanda gratia. Caputaquens. *decis. 235.* & *decis. 301. part. 3.* Mantica *decis. 335. num 2.* ubi aliæ cumulantur Gregor. XV. *decis. 540. num. 6.* Cassador. *decis. 8. num. 14. de restitutione spoliatorum*, Mohedan. *decis. 2. in fin. de privilег.* Seraphin. *decis. 538. num. 4.* & *decis. 775 num. 3.* & *in rec. decis. 228. 6. par. n. 6.*

26 & *decis 218. num. 8. part. 7.* & aliàs passim: ergo enormius est delictum, & majoris præjudicij falsare supplicationem, quàm litteras, quia falsitas litterarum potest corrigi ad formam supplicationis originalis, sed non è converso, ut dictum est.

27 Præterea tota substantia gratiæ consistit in supplicatione, & signatura Papæ; expeditio verò litterarum non requiritur ad perfectionem gratiæ, sed ad probationem tantum. Geminian. *cons. 106. super d. dubio. vers. In contrarium*, Cassad. *decis. 4. n. 2. de caus. possess. & propriet.* Seraphin *decis.*

28 *775. num. 2.* Cum similibus, ut dixi in cap. *Nihil, n. 28. supra de elect.* Graviùs autem est corrumpere substantiam rei, quàm illius accidentia, argum. eorum, quæ tradit Calder. *cons. 11.* incip. *Episcopus rem Ecclesiæ: ante med. vers. Ad cuius declarationem, de feud.* & consequenter pœna cap. *Ad falsariorum, infra eodem* magis convenit ei, qui corrumpit substantiam gratiæ falsando supplicationem, quàm ei, qui corrumpit gratiæ probationem falsando litteras.

29 Ulterius pro hac parte facit, quia falsitates faciliùs, & frequentiùs in supplicationibus committuntur propter appositionem manus plurimorū officialium, ut advertit Gomes. *in reg. de non iudican. qu. 1. num. 6.* per tex. in l. *fin. C. de Codicill.* Explorati autem juris est propter delicti frequentiam pœnas exacerbari, vel augeri, ut l. *Aut facta. in ff. de pœn.* & notat Aretin. in cap. *Cum non ab homine, n. 59. circa finem, supra de iudicis.*

30 Demū hanc partē amplectitur in puncto Collectar. in cap *Ad falsariorum n. 2 infra eod.* ubi format quæstionem, quid dicendum de illis, qui falsant, seu confingunt signum supplicationis Papalis, seu *fiat*, vel aliud faciendo; & refero hanc controversiam de facto tunc contigisse, & multos dixisse tales non posse dici falsarios literarum Apostolicarum, quia litteræ non dicuntur Apostolicæ

nisi

nisi propter Bullam, ut in textu; sed postea subjungit Collectar. aliud visum esse Bart. & multis aliis, quia certum est quod falsare il fiat est falsare litteras Apostolicas, idque proprissimè, sicut illud, in quo consistit tota virtus, & substantia; & ad hoc facit indistinctè littera dicti cap. *Ad falsariorum* Nec
32 bstat hæc Decretalis, quia ponit certos modos probandi falsitatem secundum eum, idest aliquos, sed non omnes, ut hic in glos. 1. ac proinde cum species omnes non enumerentur, non procedit argumentum à partium enumeratione, ut est textus in l. *Filius*, §. *Filius familias miles*, juncta glos. *in ver. Locum, ff. de liber. & posthum.* & in cap. *Venerabilem*, & ibi Jo. Andr. *n.* 18. & Abb. *n.* 8 *supra de election.* Quæ opinio facilius esset admittenda, quando litteræ essent expeditæ, vel sup-
33 plicatio registrata, & soluta componenda, quia tunc non habet locum regula de non judicando, jux. form. supplicat ut fuit plurics in Rota resolu-
34 tum teste Card Seraphin. *decis* 764. *nu.* 4 & 5. Nec supplicatio potest lacerari ab officialibus cum eo casu sit gratia perfecta, ut dicit Rota *decis.* 554. *n.* 9. *p.* 5. *tom* 2. *in recent.* unde falsitas talis supplicationis per necesse influit in falsitatem litterarum, quæ non nisi ad formam matricis, & originalis supplicationis expediuntur, ut dictum est 3 ac proinde est punibulis non secus ac falsario ipsarum litterarum.

35 Non obstant argumenta contraria; nam ad primum patet responsio ex jam dictis supra *num.* 32 Ad confirmationem respondetur: Quamvis supplicationes non sint litteræ expeditæ, quia nõ sunt in plumbo, sunt tantùm litteræ Apostolicæ secundum Collectar. supra citatum. *n.* 30. & 31 & ad inductionem Navarri, de qua supra *n* 7. respõ-
36 deri potest Bullam Cœnæ in ea parte, in qua loquitur de falsantibus supplicationes emanasse declarationem cap. *Ad falsariorum, infra eod.* & sic novum jus non induxisse l. *Hæredes palam*, §. *Si quid, ff. de testament.* quod inde liquet manifestè, quia in Bulla Cœnæ excommunicantur etiam falsarii litterarum in forma Brevis, ut videre est in Bulla Urbani VIII. §. 9 in Bullar *tom.* 4 *pag.* 356. & tamen certum est litteras in forma brevis verè, & propriè esse litteras Apostolicas, quæ iam erant comprehensæ in d. cap. *Ad falsariorum*, ut ipsemet Navarrus fatetur d *cap* 27 *n.* 2. *vers. Tertia.*

37 Ad ultimum verò, nempe ad differentias ponderatas inter supplicationem, & litteras patet responsio ex dictis supra *d. n.* 21. *usque ad n.* 32. ex quibus apparet eas ponderationes in contrarium retorqueri, maximè quando litteræ sunt expeditæ vel soluta est componenda, ut constat ex dictis supra *n.* 33

DE CRIMINE FALSI.

Cap. Ad falsariorum.

SVMMARIVM.

1 FAlsantes per se, vel per alium litteras Papæ excommunicati sunt cum suis fautoribus, & *n.* 27.
2 Et Clerici officijs, & beneficijs privati sunt, & *n.* 38.
3 Item sunt degradandi, & Curiæ sæculari tradendi, & *num.* 40.
4 Falsis litteris Apostolicis utentes, si Clerici sunt, officijs, & beneficijs privantur: si laici excommunicati sunt, & *n.* 47. & 48.
5 Statutum valet, quo cavetur, ut quis non possit allegare illius ignorantiam.
6 Litteris Apostolicis uti volentes debent prius diligenter illas examinare, an sint veræ, vel falsæ, vel suspectæ.
7 Litteræ Papales fiunt magna cum diligentia, & exquisita curiositate.
8 Et nihilominus in eis quasi imperceptibiles committuntur falsitates.
9 Litteræ gratiosæ, vel contra ius, vel contra utilitatem publicam maiorem requirunt examinationem, quam litteræ de simplici iustitia
10 Ignorantia quam præsumatur in delictis, hoc tamen fallit quando debet præcedere diligens inquisitio, & *nu. seq.*
11 Falsum non committitur sine dolo.
12 Dolus in dubio præsumitur quando ex officio, vel ex natura actus prærequiritur diligens indagatio.
13 Ignorantia affectata, crassa, & supina quæ.
14 Falsis litteris utens cum ignorantia crassa mitius punitur, quàm cum dolo expresso.
15 Clerici falsantes litteras Principis, seu Imperatoris quas pœnas incurrant, & *n* 16.
Et quid in falsantibus litteras, seu sigillum Regis, *numer* 23.
Et quid in falsantibus litteras maioris Pœnitentiariæ, vel Nuncij aut Brevia Papæ *n* 24.
Et quid in falsantibus litteras Episcopi, vel Capituli, *ibidem, & n* 25.
16 Papa longè præstat Imperatori.
17 Iniuria aggravatur ex dignitate personæ, cui irrogatur.
18 Delictum gravius est in personam Principis, cui delinquens est subiectus, quàm in extraneum.
19 Læsæ maiestatis crimen non committit non subditus.
20 Clericus natus in Terris Principis laici dicitur esse originaliter, & naturaliter de dominio, & ditione ipsius Principis.
21 Non tamen contra eum dici potest committere crimen læsæ maiestatis
22 Rex habet in Regno suo iura supremi Principis, idest Imperatoris
26 Exercere verbum in dispositione pœnali verificatur in unico actu.
27 Falsans litteras Apostolicas etiam semel tantùm puniendus est pœna huius cap.
28 Bulla Pij V. contra exercentes vitium nefandum an habeat locum in ijs, qui unica tantùm vice illud committunt.
29 Falsantes litteras Papæ sunt excommunicati sive sint laici, sive Clerici, sive Monachi.
Et quid in Episcopis *n* 36.
30 Et absolutio est Sedi Apostolicæ reservata.
31 Falsarij litterarum Apostolicarum, vel falsò eas fabricantes, aut supplicationes falsò signantes excommunicantur in Bulla Cœnæ.
32 Excommunicatio Bullæ Cœnæ, & excommunicatio huius cap. contra falsarios litterarum Apostolicarum in quibus differant.
33 Falsans litteras Papæ per alios an incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & *n seqq.*

Faciens

34 Faciens per alios per seipsum facere videtur, quod procedit etiam in delictis, & *n.* 43.
35 Item procedit etiam in statutis pœnalibus, quæ iuri communi non obviant, & *n. seq.*
36 Statutum puniens utentem falsò instrumento locum habet etiam in utente per alium.
37 Falsans supplicationes manu Papæ signatas incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ.
38 Et an incidat in pœnas huius cap ibidem.
Beneficia falsantium litteras Papæ impetrari possunt tamquam vacantia.
39 Laici falsantes litteras Papæ non sunt ipso iure privati suis dignitatibus, & officijs.
40 Clerici falsarij litterarum Apostolicarum degradatione iudicis ecclesiastici traduntur Curiæ sæculari pœna legali puniendi, scilicet mortis naturalis.
41 Degradationis pœna de iure communi non imponitur nisi in tribus casibus hic expressis.
42 Clericus, qui non per se, sed per alium falsat litteras Papæ an sit degradandus, & Curiæ sæculari tradendus.
44 Laicus ratione rei ecclesiasticæ falsificando rescriptum Papæ subijcitur foro Ecclesiæ.
45 Falsi pœna de iure civili quæ sit, & *n.* 46.
46 Deportationis pœna, & damnationis in metallum hodie non est in usu.
47 Spolientur, idest per sententiam.
48 Falsis litteris utentes, sunt ipso facto excommunicati, etiamsi ab illarum usu desistant infra viginti dies.
94 Secus in habentibus litteras falsas, quia non sunt excommunicati, si illas infra viginti dies laceraverint, vel restituerint.
50 Clerici falsis litteris scienter utentes an sint excommunicati.
51 Pœnæ falsificantium litteras Papæ, & falsis litteris utentium sunt in triplici differentia.
52 Malitia magis punitur, quàm negligentia.
53 Negligentia crassa, & supina dolo æquiparatur.
54 Falsis litteris utentes, & falsas litteras impetrantes, sed non exercentes per se falsitatem æquiparantur.
55 Impetrantes per suggestionem falsitatis litteras à Papa qua pœna puniantur.
56 Episcopi falsantes litteras Papæ non incidunt in pœnam huius cap.
57 Sunt tamen excommunicati ex Bulla Cœnæ,
58 Falsarius litterarum Apostolicarum etiam occultus incurrit pœnam excommunicationis, & privationis officiorum, & beneficiorum eo ipso, quod crimen committit, & *n.* 62.
Sed pœna degradationis ei infligitur tantùm, si criminaliter sit convictus, *n.* 63.
Sive per viam accusationis, sive inquisitionis, *numer.* 64.
Si verò civiliter actum fuerit, mitius punitur, *numero* 59.
62 Intellectus cap. Novimus, §. final. de verb. signific. & *n.* 65.
66 De crimine falsantium litteras Apostolicas an alius, quàm Papa possit cognoscere.

1 AD FALSARIORUM. Qui per se, vel per alios litteras Papæ falsant, excommunicati sunt cum suis fautoribus; & Clerici officiis,
2 & beneficijs privati sunt, & degradandi
3 sunt, & tradendi Curiæ sæculari, per quam
4 laici legitimè puniuntur. Qui litteris falsis utitur, si Clericus est & officio & beneficio privatur, si laicus, excommunicatur. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Bard. Anchar. Abb. Jo. de Anan. & Mar. Socin. Dividitur in duas partes. Primò punit falsantes litteras Papæ per se, vel per alios. Secundò punit utentes litteris falsis ibi, *qui vero.*

5 Nota primo singulariter ex principio tex. argumentum, quod valet statutum, ut respectu statutorum, vel aliorum gerendorum non possit quis ignorantiam allegare, seu non profit ignorantia, prout ex hac littera deducunt hic Abb. & Mar. Socin. *in* 1. *notab.* & notat Bart. in l. *Divus, n.* 4. *ff. ad* l. *Cornel. de falf.*

6 Secundò nota ibi, *examinet obligationem, quam habent volentes uti litteris Apostolicis*; debent enim prius eas diligenter examinare, utrum scilicet sint veræ; & tunc utantur illis si voluerint: aut falsæ; & tunc nullo modo utantur; aut suspectæ; & tunc etiam abstineant, cap. *Inter dilectos*, § *Verum, de concess. præben, lib.* 6. & arg. cap *Ad audientiam*, § 1 *supr. de homicid* & cap. *Cum speciali*. §. *Excessio, de appell.* secundum Host. *hic n.* 6. & in cap. *fin. in princip.*
7 *in verb Suspicionis, infra eod.* Nam etsi litteræ Papales multa cum diligentia, & exquisita curiositate fiant, ut cap. *Cum ad eo, supra de rescript.* & cap.
8 *Apostolicæ* 35 *q* 9. tamen in illis tales plerumque committuntur falsitates, quæ etiam prudentissimos fallerent, & quæ nedum de facili cognosci nequeunt, sed etiam maxima, & diligentissima disquisitione inveniri, aut percipi nequaquam possunt, ut in cap. *Licet. supra eodem*: & notat idem Host. *in summa eodem tit.* §. 2. *vers. Præterea usur.* & post eum Marian. Socin *hic num* 29. & 30. unde nil mirum si hæc Constitutio adstringat volentes uti litteris Apostolicis ad tam sedulam examina-
9 tionem. Major tamen examinatio requiritur in literis, quæ sunt de gratia, vel contra jus, vel contra utilitatem publicam, quam in literis de simplici justitia, cap. *Accedens infra eodem*, & l. *Rescripta: C. Si contra ius, vel util. publ.* secundum Innoc. hic circa med. vers. Item examinatio.

10 Tertiò nota ibi, *Si falsis litteris se usos dixerint ignoranter.* Ignorantiam non præsumi, seu non excusare, ubi non permittitur diligentia, quam quis tenetur adhibere, ut in textu: quamquam enim in delictis præsumatur ignorantia, ut l. *Quoties*, § *Qui dolo, ff. de probat.* tamen hoc fallit quando præcedere debet diligens inquisitio, prout hoc casu præcedere debet auctoritatem hujus Constitutionis, glos. 2. *hic* Innoc. *in princip.* ibi (Tunc non excusat ignorantia, cum non præcessit examinatio: & hoc enim fuit in culpa, cùm non examinavit, nec à peritioribus quæsivit) §. *ult.* 36 *distinct.* l. *regula, ff. de iuris, & facti ignorantia*,
11 Host *num.* 1. ibi (Quod si hanc diligentiam non adhibuerint, in dolo esse videntur, sine quo non committitur falsum) l. *Nec exemplum, C. Ad leg. Corn. de falf.* l. *Divus, ff eod.* Butr. *nu.* 2. & *nu.* 12. ubi
12 ait: (In ijs, in quibus debet diligens inquisitio præferri, præsumitur scientia, & dolus, nisi probetur ignorantia; Et sic quod in dubio dolus non præsumatur, verum est, nisi ex officio, vel ex natura actus requiratur præcedens indagatio ad actus, vel vitij illius certificationem.) Hæc Butr. Concordat. Anchar. *in* 1. *notab*, & sequuntur cæter.
13 Vel certè, ut dicit glos. 1. *hic*, tales dici possunt affectatores ignorantiæ, cap. *Cum inhibitio, de clandest.*

clandest. desponf. & huiusmodi ignorantia appellari potest crassa, & supina, cap. *Apostolicæ*, *de Cler. excomm. ministr.* & hæc punitur pœna huius cap. in verb. *Qui verò*, secundum Mar. Socin *hic n.* 34.
14 qui tamen *n.* 35. subdit, & bene, mitius puniri utentem falsis litteris cum ignorantia crassa, & supina, quàm cum dolo expresso, quia primo casu punitur pœna huius textus in d. §. *Qui verò*; sed si esset in dolo, itaut probaretur scientia, tunc deberet puniri graviori pœna, scilicet leg. Corn de falf sicut punitur qui tales litteras fallat, ut l. *Maiorem*, & l. *Falsos, C. ad l. Cornel. ad falf.* nam & usu committitur verum falsum, ut ibi, & in l. *Eos qui* §. *fin. ff. eodem*, & latiùs per eum, quod bene nota.

15 Quartò nota ibi, *litterarum nostrarum*. Dispositionem huius Decretalis, & illius pœnas vendicare sibi locum dumtaxat in Clericis falsantibus
16 litteras Papæ: secus verò in Clericis falsantibus litteras Principis, seu Imperatoris, quia non videtur esse tantus excessus contra Principem, quantum contra Apostolicum, cùm longè præstet Papa Imperatori, ut in cap. *Solitæ, supra de maiorit. & obed.* & respectu personæ, in quam delictum cõmissum est, aggravatur pœna, ut notat glos. 2. in cap. 1 *supra de calumniator.* & hæc opinio placet Marian. Socin. *hic n.* 12. 13. & 14. & quamvis *glos. in verb. Legitimas*, videatur uniformiter loqui de litteris Principis, & Papæ, & Marian. Socin. subdat pro opinione glossæ facere, quia cùm delictum sit valde atrox, videtur esse locus degradationi, & traditioni Curiæ sæcularis, secundum ea, quæ traduntur in cap. *Cum non ab homine, supra de iudic.* tamen responderi potest pœnam degradationis, & traditionis huiusmodi non esse imponendam nisi in casibus in iure expressis, ut fuse probavimus in d. cap. *Cum non ab homine, n. 68. & 79.* inter quos non reperitur hic casus fallantis litteras Imperatoris, cùm hoc cap. non loquatur nisi de falsantibus litteras Papæ, & in pœnis benignior pars sit eligenda, ut in Regula *In pœnis, de reg. iur. lib. 6.* & facit cap. *Ad audientiam, supra eodem*: præsertim verò, quia delictum Clerici falsantis litte-
17 ras Papales est graviùs, quàm falsantis litteras Principis duplici consideratione. Prima est, ut dixi in, præcedenti, iniuria, quæ Pontifici Ma-
18 ximo irrogatur, est atrocior ratione præeminentioris dignitatis, § *Atrox, Instit. de iniur.* l. *Prator, ff. eod.* cap. *Cum illorum, infra de sentent. excomm.* Secunda est, quia Clericus non est subditus Imperatori, sed Papæ; cap. *Si Imperator*, & cap. *Cùm ad verum. 96. distinction.* cap. *Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *cum ibi not. at. supra de Constitut.* Explorati autem iuris est longè graviùs esse crimen in perso-
19 nam Principis, cui delinquens est subiectus, quam in extraneum, l. *Omne delictum*, §. 1. *ff. de re milit.* Et propterea delinquens contra Principem, cui non est subiectus, non dicitur committere crimen læsæ maiestatis, ut probat text. in Clem. *Pastoralis*, ubi glos. *in verb. Non subfuit, de re iudic.* & est communis opinio, ut attestatur Rolan. à Vall. *cons.* 4.
20 *in Causa Inquisitionis n.* 1. *vol.* 1. & Jul. Clar. *in praxi criminal.* §. *Læsæ maiestatis, vers. Vidi quandoque dubitari*: & hinc fit ut Clericus natus in terris subiectis alicui Principi laico, quamvis dicatur naturaliter, & originarie esse de dominio, & ditione illius Principis, prout tenere communiter Doctores affirmat Gigas *in tract. de crimine læsæ*
21 *maiestatis, q. 63. nu.* 3. Nihilominus cum post clericatum revera non possit dici subditus ipsius Principis, non potest dici contra eum committere crimen læsæ majestatis: & est communis opinio, ut dicit Præpositus in cap. *In primis*, §. *De persona, col.* 5. *num.* 16. *vers. Non obstat opinio*, 2. *quæst.* 1. & Clar. *loc citat. vers. Hinc refertur.* Non igitur mirum, si Clericus falsans litteras Papæ sit degradandus, & Curiæ sæculari tradendus; non autem si fallet litteras Imperatoris: & glos. nostra videtur usurpasse nomen Principis non pro Imperatore, sed pro Papa, de cujus litteris loquitur hæc Decre-
22 talis. Hinc etiam fit, ut quamvis Rex in suo Regno habeat jura supremi Principis, idest Imperatoris, ut inquit Præpos. *ubi supra n.* 22. *vers. Tertiò dicitur* per ea quæ notantur in cap. *Per venerabilem, supra, Qui fil. sint legitim.* Tamen Clericus
23 falsans litteras, vel sigillum Regis non punitur pœna hujus cap. Sed deponitur, & in signum maleficij ei character in fronte imprimitur, quo ab aliis discernatur, & in exilium mittitur, ut est casus in cap. *Ad audientiam. supra eodem*, & ibi omnes, Boer *decis.* 82. *n.* 3. Licèt hodie de consuetudine hanc pœnam impressionis characteris in Clericis non servari attestentur Ludovic. Piguer. *decis. crimin.* 80 *num.* 10. *& seqq.* & Farin. *in pract. criminal. parte quintò de falsit. quæst.* 151. *numero* 62. *ad finem.*

24 Longè autem minus incidunt in pœnas hujus tex. Falsarij litterarum Episcopi, vel Nuncii, quia hæ propriè non sunt litteræ Apostolicæ: & eadem ratione idem dicendum de falsariis litterarum Pœnitentiariæ, quia non sunt litteræ Papæ, sed ejus Commissarij, ut tradit Navarr. *in Manual. cap.* 27 *nu.* 62. *vers. Tertia* licet secus sit de falsariis Brevium Papæ, secundum Gomes. *de Brevib. cap* 3. & Navarr *ubi supra*. Tu tamen adverte, quia DD. in cap. Ex *litteris*, *supra de fid. Instr.* videtur tenere pœnas falsantium litteras Apostolicas habere locum etiam in falsantibus Bullas, & sigillum litterarum sacræ Pœnitentiariæ, ut videre est apud Hostien. *ibi num.* 6. Jo. Andr. *num.* 4 *ante fin.* Bellam. *num.* 3. *in fin.* & Butr. *nu.* 4. itidem *in fin.* quos ita intelligit Farin. *in d. pract. criminal. quæst.* 151. *num* 24.

De pœna autem falsantium litteras Episcopi, vel Capituli vide textum in cap *Si Episcopus*, 50. *dist.* in cap. *Eam litteris, in fin. de testib.* & in cap. *Ad audientiam, supra eod.* & plenè hic per Marian. Socin *num.* 11.

26 Quintò, nota ibi, *vitium falsitatis exercent.* Prima facie hic videri argumentum, quod ad incurrendas pœnas huius cap. non sufficiat unica falsitas, sed requiratur iteratio actuum, ponderando illud verb. *exercent.* argum. l. *Sciendum*, §. *Illud, ff. de ædilit. edict.* per quem tex. Bartol. *in proœm. Digestorum num.* 10. quem sequitur Abb. in c. 1. *num.* 24. *de iudic.* Dicit artificem, vel mercatorem non dici eum, qui semel, aut iterum artem, vel mercaturam exercet, sed eum, qui toties, ut vulgi opinione habeatur pro tali. Addem tex. in l. *Quis sit fugitivus*, §. *Errorem ff. eod.* & l. *fin. ff. de*
27 *Abigæ*. Sed oppositum est veriùs, quia verb. *exercent*: & in dispositione pœnali in unico actu verificatur, ut est tex. in §. *Item lex Iulia, il primo*, *Institut. de publ. iudic.* Unde etiam qui unica tantum vice fallat litteras Papæ, puniri debet ad præscriptũ huius Decretalis, ut firmat novissimè Prosper

sper Farin. *in praxi crimin. lib.* 5. *de falsitat. qu.* 251. *num* 31. adjiciens ita practicari: & latius *in titul.*
28 *de delictis carnis, qu.* 138 *num.* 30. Et ex hoc confunditur illorum opinio, qui dixerunt Bullam Pij V. contra exercentes vitium nefandum secundum ea, quæ scripsi in d. cap *Cum non ab homine nu.* 76. *de iudic.* non habere locum in his, qui semel tantùm illud perpetrarunt, sed solum in his, qui quasi ex usu continuato exercent. Inter quos Navar. *in Manual. cap.* 27. *num* 249. *vers. Tertiò dico*, Nam & *d.* §. *Lex Iulia*, *de exercentibus* loquitur, ibi: *Qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent.* Et similiter hoc c. loquitur per ver. *exercent*; & tamen illius pœnæ verificantur etiam in his, qui unica tantùm vice delicta hujusmodi perpetrarunt, ut dictum est, & fusiùs probat Farinac. *dicta quæst.* 138. *num.* 30.

29 Sexto, nota pœnam generalem falsantium litteras Apostolicas. Nam una cum fautoribus, & defensoribus suis sunt ipso jure excommunicati: hoc enim demonstrant verba illa, *anathematis vinculo*, quæ sunt Canon. latæ sententiæ, ut in cap. *Dura*, *in glos.* 3. *supra eod.* & hic notat glos. 3. Innoc. *circa fin. in ver. Innodatos*, Hostien. *n.* 3. *&* 5. *in eod. verb.* Henric. Boich. *num.* 4 *vers. Aut quæris*, Cardin. *num.* 1 *& in verb. Innodatos*, Butr. *num.* 3. Abb. *eod. num. vers. Si verò est laicus*, Jo de Anan. *num.* 1. & Marian. Socin. *num.* 40 Jo Andr. & omnes in summario textus, Goffred. *in summa huius tit. num.* 7. & Hostien. *itidem in summa eodem tit. num* 8. *vers. Nam falsarij Domini Papæ*, glos. in cap. *Licet, in verb. Tenuem*, *supra eodem*, & ibi Butr. *num.* 4 *vers. Dicit glos.* & nullus discrepat: & cum littera dicat omnes falsarios, hanc pœnam infligit cunctis indifferenter sive sint clerici, sive laici, ut *hic* per Marian. Socin. *num.* 25. & consentiunt omnes: & in Monacho consulit Feder. de Senis, *cons.*
30 *fil.* 219. Si notorium addens absolutionem esse Sedi Apostolicæ reservatam per d. cap. *Dura*, quod etiam dicit post Joann. Andr. Marian. Socin. *hic num.* 23.

31 Hodie in falsarios litterarum Apostolicarum fertur excommunicatio in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, §. 6. In hæc verba. (Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios litterarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, ac supplicationem gratiam, vel justitiam concernentium per Romanum Pontificem, vel sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium, aut gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdẽ Romani Pontificis signatarum; nec non falsò fabricantes litteras Apostolicas etiam in forma Brevis, ac etiam falsò signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum.) Hæc ibi.

32 Et ex hoc contextu colligunt nonnulli ex modernis aliquot differentias, & præcipuè duas inter excommunicationem, quæ infligitur in textu nostro, & illam, quæ infligitur in Bulla Cœnæ. d. §. 6. Prima differentia est, quia in hoc cap. excommunicantur non modo indifferenter omnes qui falsant litteras Papales: sed etiam laici, qui falsis litteris utuntur, ut dicam infra in 10 *not. ab.* Sed in Bulla Cœnæ non excommunicantur nisi falsarij litterarum Apostolicarum, vel falsas litteras fabricantes, aut supplicationes falsò signantes; de utentibus autẽ nihil statuitur, aliud est falsare, & aliud

uti falsis, ut colligitur ex hoc cap. *in principio*, *iuncto* §. *Qui verò*, & tres differentias colligimus infra *num.* 51. & hanc differentiam constituunt Navarr. *in Manual. cap.* 2. *num.* 62. *vers. Quarta*, Soar. *tom.* 5. *disput. at*, 21. *sect.* 2. *num.* 48. & quidam alij.

33 Secunda differentia est, quia ex hoc cap. excõmunicationem incurrunt qui litteras Papales falsant per se, vel per alios, ut in littera: Sed ex Bulla Cœnæ non excomunicantur, nisi qui hujusmodi litteras falsant per se, ut tenent Jacobus de Graffis *in suis Decisionibus part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 93 *&* 95.
34 & Suarez *disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 48. Sed hanc differentiam non puto veram, quia regula: *Qui per alium facit, est perinde ac si faciat per seipsum*: procedit etiam in delictis, ut hic notat Marian. Socin. *num.* 19. *&* 20. & in cap. *Ad audientiam, n.* 286. *supra de homicid.* Idque non per fictionem, sed per veritatem, ut in terminis excommunicationis est textus clarus in cap. *Mulieres*, §. *fin. infra de sent. excomm.* ubi deciditur mandantem percuti Clericum incidere in excommunicationem, & redditur ratio per hæc formalia verba, quia is cõmittit verè, cujus auctoritate, vel mandato delictum committi probatur; ubi glos. ultim. allegat jura concordantia. Item procedit prædicta regula Sexti etiam in statutis pœnalibus, ut ex gl. magna in cap. *Sicut dignum, eod. tit.* deducunt ibi Jo. Andr. *num.* 18, *vers. Ex scias*, Abb. & Marian. Socin. *num.* 11. Dicentes auctoritate illius glossæ quotidie uti assessores fori civilis inducentes eam ad intellectum statutorum punientium homicidas, ut verificetur etiam in mandantibus fieri homicidium. Ad quod etiam inducunt jura in l. *Si quis id*, §. *fin. ff. de iurisdict. omn. iud.* & in l. 2. §. *Divus, ff. de iure fisci*, & in l. *Iudei*, *la seconda*, *C. de Iudæis.* Ideoque statutum puniens utentem falso instrumento locum sibi vendicat etiam in eo, qui utitur per alium, ut pluribus fundamentis respondit Ludov. Roman. *cons.* 105. *Visa themate, n.* 2. & quamvis oppositum senserit Vincentius de Paleatis inter consilia Alexandri. *cons.* 65. *Visa quæstion. lib.* 4. ubi latè consuluit Constitutionem pœnalem contra homicidas non habere locum in eo, qui mandat fieri homicidium; tamen ejus opinio posset fortasse obtinere, ubi statutum esset juri communi contrarium; tunc enim non reciperet interpretationem à jure communi; at secus est, si disponat quasi idem, quod jus commune, aut illud adjuvet, pœnam augendo, quia tunc statuti pœna locum habet etiam in eo, qui facit per alium; ita Alex. *cons.* 55. *nu.* 15. *lib.* 4. Hoc autem casu Bulla Cœnæ non obviat juri communi, quin potiùs cum eo concordat, quia eandem pœnam excommunicationis imponit falsarijs litterarum Apostolicarum, quam jus commune imponit in hoc c. & quamvis Bulla non utatur illis verbis, *per se, vel alios*, sed simpliciter loquatur de falsarijs, tamen intelligi debet de falsarijs tam per se, quàm per alios, ut sic recipiat interpretationem passivam ab hac Decretali, ad tex. in l. 2. *C. de nox. alibus*, & in cap. *Cum dilectus*, §. *Ceterum*, & ibi glos. recepta in verb. Juri communi, supra de consuetudin. nec Bulla loquitur per illa verba, *per se*; sicut loquitur hoc cap. in ea parte, in qua imponit pœnam degradationis, & traditionis Curiæ sæcularis, ut dicam infra *n.* 42. Sed ut prædixi, loquitur simpliciter de falsarijs litterarum, vel fabricãtibus falsas litteras, vel Ideò

signantes supplicationes, quæ verba verificantur etiam in ijs, qui non per se, sed per interpositam personam hujusmodi falsitates committunt, ut ex dictis constat. Quinimo etiamsi Bulla Cœnæ uteretur illis verbis, *per se*, nihilominus esset supplenda, vel per alios, prout supplent tex. nostrũ Host. Jo. Andr. & communiter Doctores, ut dicam infra in 8. *notab. d n.* 42.

37 Tertia differentia, omissis alijs, est, quia Bulla Cœnæ in d. § 6 loquitur expressè etiam de falsantibus supplicationis à Papa signatas, sed tex. noster loquitur tantùm de falsantibus litteras Apostolicas, quarum appellatione non veniunt supplicationes; alioquin superfluum fuisset, ut bulla extenderet hoc cap. Puniens falsantes litteras Papæ ad falsantes illius signaturas, ut observat Navarr. *in manual. d. cap* 27. *n.* 62. *vers. Declaratio prima*: sed adverte, quia oppositum videtur tenere Collectarius *hic n.* 2. & ad rationem Navarri respondet, ut dixi in cap. *Licet, n.* 36 *supra eod.* & ibi vide hunc articulum in utramque partem plenè discussum à *n.* 1. *usque ad n.* 37.

Septimò nota in vers. *Statuentes* specialem pœnam Clericorum falsantium litteras Papæ: nam officij, & beneficiis ecclesiasticis sunt ipso jure

38 privati, ut in tex. & notant Jo. Andr. Cardin. Anchar. Abb. & omnes *in summ.* & ita eorum officia, & beneficia impetrari possunt tamquam vacantia, ut tradunt Rebuff. *de pacificis possess. nu.* 204. & *in praxi beneficiar. tit de mod amittend. benefic. nu.* 43. Petr. Gregor. Tolosan. *de benefic. c* 26. *nu.* 12. Nicol. Garz. *in eod. tract. p.* 11. *c.* 10 *nu.* 170. Gonzal.

39 *ad regul. de mensib. glos.* 15 *nu.* 58. & cùm textus noster hac in parte restringat se ad clericos, hinc deducitur, ut laici falsantes litteras Papæ pœnam privationis officiorum, ac dignitatum minimè incurrant, ut *hic* per Marian. Socin. *n.* 17. & 18.

40 Octavò nota in vers. *ita quod*, aliam pœnam specialem clericorum falsantium litteras Papæ: nam de crimine convicti, prævia degradatione judicis ecclesiastici, traduntur Curiæ sæculari, secundum Constitutiones legitimas puniendi, ut in littera, scilicet ultimo supplicio, seu pœna mortis naturalis, ut hic innuitur, & tenet glos. in verb. Legitimas, Host. *num.* 8. dicens in falsario rescripti Principis magnitudinem criminis exigere supplicium capitale. Butr. *n.* 16. *vers. Et imponitur talis pœna.* Anchar. *nu.* 2. *in* 3. *notab.* ubi se remittit ad glos. & Jo. de Anan. *n.* 11 *vers. In ead. glos.* & est speciale in hac specie falsitatis, secundum Abb. *nu.* 9. quem sequitur Afflict. *decis.* 404. *n.* 20. *in fin. & n.* 21 idem tradunt Salycet in l. *Maiorem, n.* 1 *post med. vers. Et si quaras, C. ad leg. Cornel. de falsi.* Boer. *decis.* 82. *n.* 6. Duenna *in regula* 290. *in* 1. *limitatione ad fin.* Grammat *decis* 27. *n.* 10. & ita passim servatur, teste Farinac. *in practic. criminal lib.* 5. *de falsit. qu.* 151. *nu.* 4. licèt Jo. de Anan. *in rubrica circa fin.* dicat non servari isto casu, ut clericus Curiæ sæculari tradatur, prout illum refert Jul. Clar. *in* §. *fin. in pract. qu.* 36. *nu.* 34. *vers. Videmus etiam*: & eodem modo hæc verba, legitima pœna, idest mortis in clerico incorrigibili, exponit Abb. Antiq. in cap. *Cùm non ab homine, post princ. in verb. Legitima, de iudic.* & ita habes hic unum ex tribus casibus,

41 in quibus de jure communi clericus degradatur, & traditur Curiæ sæculari, etiam non expectata incorrigibilitate. Alios duos habes hic in glos. in verb. *Tradantur*, unum scilicet in cap. *Ad abolendam, supra de hæretic.* & alium ex cap. *Si quis Sacerdotum,* 11 *q.* 1. & hanc dicit esse Theoricam Doctorum Guil. de benedictis *post tertiam partem repetitionis* cap. *Raynucius, de testam. in quæst. de homicidio, n.* 3. *& seq.* & Jul. Clarus *d qu.* 36 *vers. Scias etiam*, & istos tres una cum alijs pluribus per Constitutiones Apostolicas inductis posui in cap. *Cùm non ab homine, à num.* 68. *de iudic.*

42 Sed hic insurgit dubitatio numquid hac pœna degradationis & traditionis Curiæ sæculari puniendus sit clericus, qui falsat litteras Apostolicas per alium; an verò ille tantùm, qui falsat illas per seipsum, Host. *hic n.* 6. *in verb. Per se supplet, vel per alium, quia per ipsum facere videtur*, arg. hujus textus ibi, *per se, vel alios*, & cap. *Pastoralis*, §. *Præterea in fin. supra de off. de leg.* & cap. *Mulieres, infra de sent. excomm.* & sic sentit Host. hanc pœnam degradationis, & traditionis pariformiter imponendam esse clerico sive falset litteras per se, sive per alium; & hanc opinionem approbat Jo. And. in *summ. text. & n.* 2. *in verb. Vel alios*, dum allegat regulam, *Qui per alium, de regul. iur. lib.* 6. & *n.* 3. in verb. *per se*, ubi similiter supplet, *vel per alios*, & sequitur Anton. de Butr. in fin. Anchar. *in* 2. *notab.* & est communis opinio Doctorum, ut inquit Marian. Socin. *n.* 19.

Sed certè huic opinioni valde obstat littera textus, dum loquendo de clericis dicit; *qui per se falsitatis vitium exercuerint*: nam in vers. præcedenti generaliter præmisit de committentibus falsitatem per se, vel alios, infligendo pœnam excommunicationis; deinde in vers. *Statuentes*, dum imponit aliam pœnam clericis, simpliciter loquitur de falsariis: & ita hæc quoque secunda pœna locum habet in falsantibus, tam per se, quàm per alios: sed tandem in vers. *Ita quod*, dum subjungit gravissimam pœnam degradationis actualis, & traditionis Curiæ sæculari, non repetit illa verba, *per se, vel alios*, ut fecit in prima pœna, nec loquitur simpliciter, ut fecit in secunda; sed expressè dicit, *qui per se*, &c. ergo in hoc tertio casu videtur absolutè excludere falsantes per alios; alioquin ad quid hæc diversitas loquendi? Unde pœna talium clericorum, qui per alios falsificant ultra excommunicationem, & privationem officiorum, & beneficiorum, videtur dependere à dispositione aliorum jurium, quia quod non mutatur, &c. l. *Sancimus, C. de testament.* l. *Præcipimus, in fin. C. de appellat.* & in hoc tandem, licèt cogitantum relinquat, videtur residere Marian. Socin. *hic num.* 19. cum tribus sequentibus; & quam-

43 vis *num* 22. dicat opinionem Hostien. fortè esse magis tenendam, quia in jure etiam in delictis videtur æquiparari qui per se facit, & qui per alium; ideoq; dispositio facta in uno videtur extendi ad reliquam, ut notatur in l. *Si quis servo, C. de furto*, & in cap. 2. *supra de mutuis petitionib.* & in concordantibus per eum allegatis: tamen hæc non possunt applicari casui nostro, in quo textus constituit expressam differentiam inter memoratas pœnas, & in tertia tantum se restringit ad falsantes per se; unde suppletio illa, *vel per alios*, corrumpit litteram, & suppletiones ad Decretales nõ sunt permissæ, Clemen. *Ne Romani*, ibi, *vel addi, de elect.* & qui supplet, corrigit, ut in Authen. *de non alienand. in princip.* Erixien. *in repertorio in verb. Suppletio*, & hæc opinio mihi magis placet, tum

tum quia est magis amica litteræ, tum quia pœnæ non sunt extendendæ de casu ad casum, sed potius restringendæ, cap. *Odia*, & cap. *In pœnis, de reg. juris lib.* 6. Afflict. *decis.* 21. *num.* 7. & in specie hæc pœna degradationis non imponitur nisi in casibus in jure expressis, ut dixi supra *num.* 56. *vers. Tamen responderi potest*: & hic casus Clerici falsantis per alium non reperitur expressus, quin potius exclusus per hanc litteram

44 Nonò nota ibi, *per quam & laici*, specialem casum, in quo laicus subjicitur foro ecclesiastico, idest cum delinquit in re ecclesiastica, falsando litteras Apostolicas, ut *hic* per Butr. *n* 4. Anchar. *in* 5. *notab.* Abb. *n.* 4. & Marian. Socin. *n.* 16. alios casus habes in cap. *fin. de except. lib.* 6. & in *summa* 11. *qu.* 1. & per Abbatem in cap *Cum sit generale de foro compet.* Hoc autem in casu laicus est puniendus per Curiam sæcularem secundum Constitutiones legitimas, ut in textu, idest pœna legis Corneliæ, quæ in sæuo est ultimum supplicium, & in libero homine est deportatio, & omnium bonorum publicatio, ut in l. 1. §. *fin. ff. ad l. Cornel. de falsi* & in l. *Vbi falsi, C. eod.* & *in* §. *Item lex Cornelia de falsis, institut. de publ. iudic.* & hic notat glos. *in verb. Legitimas*, & sequuntur omnes Doctores, ut dicit Marian. Soc. *n.* 8. qui tamen declarat dictum glosiæ de deportatione, ut procedat in libero homine nobili, aut in dignitate constituto; secus in homine ignobili, & plebeio est pœna damnationis in metallum, per l. *Si quis aliquid*, §. *Qui in ff. de pœnis*, & notat Bart. in d. l. 1 §. *fin. n.* 1. *vers. ad.* Afflict. *dec.* 21. *nu.* 8. Pœna tamen deportationis hodie non est in usu, nec alicui imponitur de consuetudine, ut post alios attestatur Jul. Clar. *in pract. crim.* §. *Falsum, vers. Sed quæro quæ sit pœna falsi*, sed & damnatio ad metallum, sive ad opus metalli hodie etiam in foro sæculari recessit a praxi, ut ait Foller *in pract. crimin. canon fol.* 1. *num.* 8. & Jul. Clar. *in* §. *fin. qu.* 67. *vers. Item damnatio*; unde secundum eum in præallegat. *vers. Sed quæro*, ubi adfunt statuta superinde diversimodè imponenda est pœna expressa in ipsis statutis, alioquin imponenda est pœna consueta; vel in hoc arbitrio judicis relinquatur.

Decimò Nota in §. *Qui verò*, pœnam eorum, qui falsis litteris Apostolicis utuntur: Nam si clerici sint, officijs, & beneficijs spoliantur, idest deprivantur, ut exponit Innocentius *hic in fine* 1. *Spolientur*. Host. *num.* 10. Jo. Andr. *n.* 4. *num.* 1. *in eod. verb.* & alij communiter, quod ad limitationem eorum, quæ de hoc verb. dicuntur, dixi in cap *Ad abolendam, num.* 29. *supra de hæreticis*: si verò sint laici, sunt ipso facto excommunicati, ut ostendunt verba illa, *tandiu maneant excommunicationi subiecti, &c.* Et tenent Innoc. *in fin.* Abb. *num.* 6. Marian. Socin. *n.* 23. Jo. Andr. Butr. Cardinal. Anchar. & omnes *in eodem textu*, quod intelligit, si ab usu non desistunt infra viginti dies, per cap. *Dura* §. *fin. supra eod.* sed hoc non placet, quia textus in d. cap. *Dura*, non loquitur de his, qui falsis litteris utuntur, sed de habentibus litteras falsas, & non lacerantibus, seu destruentibus, vel restituentibus: & tales nullam excommunicationem incurrunt, nisi sit lata à judice, prout ibi dicitur; cum termino viginti dierum, sed textus noster in §. *Qui verò*, procedit in illis, qui scienter utuntur falsis litteris, & tales, si sint laici, sunt ipso facto excommunicati, ut in textu, & hic declarat Abb. *num.* 9.

50 Et ex hoc deducitur, ut si sint clerici, qui falsis litteris scienter utuntur, non sint excommunicati, quia textus iste apertè distinguendo inter clericos, & laicos, vult, ut falsis litteris utentes, si clerici sint officijs, & beneficijs spolientur, & nihil dicit de excommunicatione: si verò sint laici, excommunicationi sint subjecti, ergo clerici hanc pœnam excommunicationis nõ incurrunt, & hæc opinio magis placet Abbati *num.* 6. ne clerici duplici pœna conterantur, contra textum in cap. *Atsi clerici*, §. *De Adulteriis*, *supra de iudicijs*, & quia in pœnis benignior pars est eligenda, c. *Pœnæ de pœnit. dist.* 1. licèt Host. *hic num.* 10. *in verb. Excommunicationi*, teneat etiam clericos falsis litteris utentes esse ipso jure excommunicatos, eique adsipulentur Jo. Andr. *n.* 5. Cardin. *n.* 1. *in verb. Laici*, & Marian. Socin. *num.* 23. ea ratione, quia clerici magis delinquunt, sed primæ opinioni Abbatis magis favet ista littera.

51 Ex prædictis colligo tres differentias inter falsantes litteras, & falsis litteris utentes. Prima differentia est, quia falsantes litteras sive sint clerici, sive laici, sunt ipso facto excommunicati, ut dixi supra *in* 6. *not ab.* utentes verò falsis litteris, si sint laici, excommunicati, sunt; & in hoc concordant omnes; si verò sint clerici, secundum opinionem Abbatis non sunt excommunicati, ut dixi supra *num.* 50. secunda differentia quia falsantes litteras si Clerici sint, officijs, & beneficijs sunt ipso jure privati, ut dictum est supra *in* 7 *notab.* sed utentes falsis litteris non sunt privati ipso jure, sed privandi per sententiam hujusmodi, ut similiter dictum est supra *num.* 47. Tertia differentia quia falsantes, si sint Clerici, actualiter sunt degradandi, & Curiæ Sæculari tradendi, ut patet ex dictis supra in 8. *notab.* Utentes verò hac pœna degradationis, & traditionis minimè puniuntur, ut *hic* per Anchar. *in* 6. *notab.* & in his concordant omnes Doctores.

52 Undecimò. Nota in vers. *Ita tamen*, In criminibus malitiam gravius puniri quam negligentiam, ut in littera. Anch. *in* 7 *notab* quandoque

53 tamen negligentia dolo comparatur, scilicet, cum dissoluta est, crassa, & supina, l. *Si fideiussor, ff. Mandati*, & hic notat glos. *ultim.* & communiter DD.

54 Ultimò nota ex fine textus, æquiparationem, quæ sit inter eos, qui falsis litteris utuntur, & eos, qui falsas litteras impetrant, sed non exercent per se falsitatem; In utrisque enim in modo puniendi distinguitur, an id egerint per malitiam, vel per simplicitatem, seu ignorantiam, prout di-

55 stinguitur in c. *Super litteris, de rescriptis*, & hic intellectus magis placet Jo. Andreæ, *num.* 5. *in verb. Statuimus*. Abb. *in fin.* & Marian. Socin. *n.* 25. quam intellectus eorum, qui dicunt provisionem superiùs factam circa eos, qui falsis litteris utuntur, hic extendi ad illos, qui per suggestionem falsitatis impetrant litteras à Papa. Hic sanè intellectus non est verus, quia tales non incidunt in pœnas hujus c. Sed tamen puniuntur juxta terminos d. c. *Super litteris*, quia carent omni commodo litterarum, & in expensis condemnantur, ut hic in glos. *ultim.* & tradit Cardin. in c *fin. col ultim. in prin. vers. Per hoc dico*, *infra eod.* ubi expressè dixit impetrantem rescriptum per falsi subreptionem, aut taciturnitatem non incidere in

pœniam falsi, sed carcere impetratis, & insuper teneri ad omnia damna, & interesse, & sequitur Præposit. in cap. *In memoriam. num.3. & 7 19. dist.* Atquin si omnes impetrantes per subreptionē litteras Papales incederent in pœnas hujus cap. O quàm multi reperirentur illaqueati. Quare impetrantes litteras Papæ per subreptionem, vel obreptionem non esse excommunicatos censens S Antonin. *in 3. par. tit. 25. cap. 12.* Sylvest. *in verb. Excommunicatio 7. num. 9 vers. Et secundò.* Cardin. Cajetan. *eod. verb. cap. 26. & de materia* vide Joann. de Anan. in cap. *Licèt. n 2. in fin vers. In gloss. falsitatis,* & *n.* 3 4 & 5 *supra eod.* & Marsil. in leg. *Si quis obrepserit. n. 11. & sequen. ff. ad l. Cornel. de falsi.*

56 Quærunt Doctores, an pœnæ hujus Decretalis locum habeant in Episcopis, & resolvunt negativè, tum quia in talibus Episcopi, & Superiores nunquam comprehenduntur, nisi de illis fiat mentio specialis, ut in cap *Quia periculosum, de sent. excomm. lib.* 6. tum quia non sunt privandi sine speciali mandato Papæ, ut cap. *Dudum. 3. quæst. 6.*

57 ut *hic* per Butr. *num.* 77 Adverte tamen, quia hodie ex Bulla Cœnæ falsarij litterarum Apostolicarum sunt excommunicati etiamsi Episcopali, vel alia majore dignitate sint præditi.

58 In Gloss. *in verb. Deprehensi.* Nota bene hanc glossam, quia adhoc ut falsarij Bullarum Apostolicarum puniri possint pœnis hujus cap. requiritur, ut sint criminaliter convicti. Debet enim acerrima fieri indagatio ubi pœna est gravissima

59 infligenda, ut l. *Vbi, C. ad leg. Cornel. de falsi.* sed ubi civiliter agitur, mitiùs est agendum l. *penul. C. eod. verùm* Host. *hic num.* 6. dicit forte speciale esse in falsario litterarum Papæ, ut si notarius sit per evidentiam facti, degradetur ex mente hujus verbi deprehensi, & idem est secundum eum, si

60 per modum inquisitionis convincitur; & cum hoc simpliciter transit Jo. Andr. *n.* 7. Butr. *num.* 14. sed Cardin. *n.* 3. intelligit, ut sint deprehensi, ita ut judicialiter constet, & sic utraque solutio in idē recidit secundum eum: Archidiaconus verò in

61 cap. *In memoriam nu.* 11 *ad finem, vers. Item videtur contradicere*, 19. *dist.* tenet hanc pœnam habere locum quando proceditur per viam accusationis, secus verò si per viam inquisitionis; quia tunc falsario litterarum Papalium imponitur pœna perpetui carceris per cap. *Novimus, §. fin. de verb. significat.* & sequitur Collect. *hic n.* 3 dicens hoc esse mitius, & verius. Placet distinctio Abbatis *hic*

62 *n.* 8. & Maria. Socin. *n.* 53. videlicet quod aut loquimur de pœnis, quæ ipso jure infliguntur falsarijs litterarum Papalium, ut pœna excommunicationis, & privationis officiorum, ac beneficiorū: & tales intelliguntur inflictæ eo ipso quod delictū est perpetratum, nec est jus an civiliter, vel criminaliter actum fuerit, quam Constitutio ligat crimen etiam omnino occultum, ut dicit glos. singularis in Clem. 1. *in verb. Eo ipso. de heretic.* licèt possessione privari non possit nisi causa cognita, & vocatus, ut tradit Jo. Andr. *in regula Mora, n.* 15. *vers. Hinc est quod qui à principio titulum habuit de regul. iur. lib.* 6. Aut loquimur de pœnis per judicem infligendis, ut est pœna degradationis, & traditionis Curiæ sæculari: & in talibus procedit opinio glossæ, ut non infligantur si civiliter agatur, sed solum si criminaliter sint convicti: Non

64 tamen facias differentiam, an actum sit per viam accusationis, vel inquisitionis: nam utroque casu, si convincatur, est degradandus secundum opinionem Host. de qua supra *nu.* 60. cum qua DD. videntur hic transire, & ad d. cap. *Novimus, §. fin. de verb. signif.* responde ut ibi per Bernard. in glos. in verb. Includas, & Host. *n.* 4. *vers. Et intelligas*, videlicet quod pœnitentia carceris perpetui ibi de gratia imponitur, quia sic placuit Papæ: non enim recipitur intellectus, quem posuit ibi Innoc. *in fin.* nempe quod falsarius non semper tradatur Curiæ sæculari, sed solum quando non est spes de ipsius correctione: quoniam, ut advertit Host. ubi supra in fine: si hoc verum esset, modica specialitas esset in falsario Bullarum Apostolicarum, quia non solum falsarius, sed & quilibet alius graviter delinquens, si de illius correctione spes non habetur, potestati traditur sæculari, cap. *Cum non ab homine, supra de iudic.* vel de alio falsario, quàm litterarum Papæ loquitur ille textus, ut ibi per Jo. Andr. in extremis verbis.

65 Extra glossam QUÆRO utrum alius quàm Papa possit cognoscere de crimine falsantium litteras Apostolicas quidam negant per cap. *In memoriam, 19. dist.* sed contrarium tenet ibi Archidiac. *num* 11. per cap. *Novimus, de verb. signif.* Nec obstat cap. *In memoriam*, quia ut ibi notatur, non constabat de crimine, nec reperitur reservatum concordat Collect. *hic num.* 1.

De Crimine falsi.

Cap. Ex Conscientia.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum non probatur falsum ex rasura paucarum litterarum in loco non suspecto, & num.* 13.

2 *Rasura multarum litterarum putà linea, in rescripto inducit suspicionem falsitatis.*

3 *Secus si rasura sit talis, quæ animum sapientis in dubitationem non vertat.*

4 *Suspicio modica non debet sapientis animum immutare.*

5 *Beneficiatus quoad sui præiudicium potest se obligare ad pœnam perdendi beneficium: secus quoad præiudicium superioris.*

6 *Litteræ Apostolicæ non redduntur falsæ ex rasura facta ab Officiali Curiæ etiam in loco suspecto.*

7 *Litteræ bullatæ possunt abradi, & corrigi ab officialibus Cancellariæ quando non concordant cum supplicatione, vel quando minus bene fuerunt expeditæ.*

8 *Rasura quantumvis modica in litteris Apostolicis facta ab impetrante, seu utente reddit eas falsas, & radens est falsarius, & excommunicatus, & num. seq.*

Non tamen incurrit pœnam leg. Corn. de falsis, *nisi hoc faciat cum dolo. n.* 10.

Et dolus præsumitur cùm aliquid immutatur ex substantialibus, vel in loco suspecto. num. 11.

Aut cùm falsificans talibus litteris utitur. n. 10.

9 *In littera Papali nec punctus fieri, nec deleri potest sine metu excommunicationis.*

12 *Dolus præsumitur in his, quæ sunt de genere prohibitorum.*

14 *Rasura paucarum litterarum, cùm dubium est à quo facta fuerit, non reddit litteras falsas, si sit in loco non suspecto, aliàs secus.*

15 *Rasura quando reperitur in loco non suspecto præsumitur facta per Officialem, sed in loco suspecto præsumitur facta per impetrantem.*

16 *Et quando dicatur locus suspectus.*

17 *Rescriptum non redditur falsum, nec suspectum ex rasura in narrativa facti.*

18 *Rescriptum redditur falsum ex rasura scripta manu diversa etiam in loco non suspecto.*

19 *Secus si eadem manu.*

20 *Et in dubio præsumitur manus diversa si sit in loco suspecto*

21 *Litteræ Apostolicæ si sint redditæ clausæ, non vitiantur ex rasura in quocumque loco fit.*

22 *Nisi character in loco rasuræ sit valde difformis.*

1 EX CONSCIENTIA. Propter paucarum litterarum rasuram in loco non suspecto rescriptum non probatur falsum. Hoc dicit, secundum Jo. Andr. & omnes. Primò diffinit objectum dubium. Secundò objectionem puniri mandat, ibi, *Verum.*

2 Nota primò ex textu regulam, quod rasura paucarum litterarum in rescripto Apostolico, non inducit probationem falsitatis: de quo latiùs dicitur infra in examinatione materiæ. Ergò à contrario secus si rasura sit multarum litterarum, ut cap. *Venerabilis, §. 1. supra de Religios. domib.* & cap. *Licet, vers. Quinta, supra eod.* ubi de hoc: & notat hic Host. *in princ. in ver. Peccatum*; unde, ut dicebat Joannes relatus à Jo. Andr. *n.* 6. & Marian. Socin. *nu.* 7 *in fin.* licèt rasura litteræ non inducat suspicionem falsitatis, cap. *Cum olim, il secundo infra de privileg.* tamen rasura lineæ utique eam inducit.

3 Secundò nota ibi, *sapientis*, non quamlibet rasuram inducere probationem, seu suspicionē falsitatis litterarum Apostolicarum: sed illam tantū, quæ debet sapientis animum in dubitationem vertere, ut *hic* per Abb. *in 2. not ab.* nam modica suspicio non debet sapientis animum immutare, arg. hujus textus, & cap. *Iudices, 1. q.* 1. & cap. *Etsi quæstiones, §. fin. supra de simon.* cum suis concordant secundum glos. Joannis *hic in ver. Sapientis*, & Host. *num.* 2. qui in fine addit suspicionem probabilem debere ipsum assecurare, ut patet in *cap.* 2. ubi de hoc, *supra eodem.*

5 Ultimò nota ibi, *obligasse se sub periculo causæ.* Beneficiatum posse se obligare ad pœnam perdendi beneficium; simile in cap. *Cum dilectus, supra de elect.* quod verum est quoad sui præjudicium, secus quoad præjudicium superioris, quia talem promissionem potest superior respuere, seu non acceptare, ut in cap. *Admonet*, & in cap. *Quod in dubijs, supra de renunciat.* & *hic* notat Marian. Socin. *n.* 7.

6 Absolutis breviter notabilibus venio ad materiam, & ad clariorem textus intelligentiam distinguo tres casus ex mente Laurentij, & glossæ in cap. *Licet in ver. Tenuem, supra eodem*, & Marian. Socin. *hic num.* 10. *& seq.* Quandoque enim abrasio in litteris Apostolicis facta fuit à Cancellario, seu alio ex officialibus Curiæ in quantum unicuique ratione officij est commissum, & hoc est certum; quandoq; facta fuit ab impetrāte, seu utente, & hoc similiter est certum; quandoq; verò ignoratur à quo facta fuerit, & sic versamur in dubio.

Primò casu cùm scilicet est certum abrasionem fuisse factam ab officiali Curiæ manifestum est eā non inducere falsitatem in litteris Apostolicis, ut firmant in c. *Ex litteris, supra de fide instr.* Innoc. *in fine, in ver. Abradi*, Hostien. *num.* 5. Joan. Andr. *num.* 4. *in eod. ver.* Bellam. *num.* 2. Butr. *num.* 4. *vers. Quæro à quo possit abradi*; & Cardin. *num.* 1. *in fin.* Nec distinguitur hoc casu an rasura sit in loco suspecto, quia nihilominus cum apparet facta ab officiali, non reddit falsum rescriptum, ut *hic* per Abbatem *num.* 4.

7 Quod si quæras in quibus casibus officialis possit abradere, & corrigere litteras Bullatas; Respondeo id posse in illis casibus, in quibus litteræ non concordant cum supplicatione, seu matrice: vel quando litteræ minus benè expeditæ reperiuntur, ut patet in Regula de non judicando juxtà formam supplicationis, in illis verbis: (Et si litterę ipsæ per præoccupationem, vel aliàs minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum, quorum interest, instantiam ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per ejus officiales, quibus hujusmodi tenores, & formas restringere convenit, ad formas debitas reducendæ.)

8 Secundò casu, idest cum certum est abrasionem fuisse factam ab impetrante, vel utente; hæc sit conclusio, quod modica quælibet rasura in litteris Apostolicis etiamsi sit unius syllabæ unius litterę, vel puncti, redit eas falsas, & sic radens est falsarius, & excommunicatus: ita Goffredus *in summa huius tituli num.* 9. Glossa in cap. *Licèt §. Si verò littera, in ver. Tenuem supra eod.* Hostien. in cap. *Ad falsariorum, num.* 4. *in fin. in ver. Falsitatis, supra eod.* & in cap. *Ex litteris, num.* 2 *in ver. In alia littera quam Papali, de fide instrum.* ubi ait: In littera Papali nec punctum fieri, nec deleri posse sine metu excommunicationis: & idem repetit *nu.* 4 *in ver. Abradi*, & concordant ibi Jo. Andr. *eod. num* Bellam. *num* 3. Butr *num.* 4. *vers. Vnde dicit Hostiensis*, Card. *num.* 5. *post medium*, Imola *num.* 4. & Abb. *post. nu* 3. Archid. in cap. *In memoriam, num.* 9. 19. *dist.* & ibi Bellam. *n.* 7. & Præposit. *num.* 15. *vers. Et considerandum*, Abbas *hic num.* 4. ibi: (Si iste impetrans rasisset, falsarius inducetur quantumcumque rasura esset modica,) ut in c. *Licet*, ibi: (Aliquid per rasuram tenuem immutatur.) *supra eod.* & cum sequitur Marian. Socin *hic num.* 9. *vers. Idem si apparet facta ab impetrante*, Afflictus *decis.* 404. *post. num.* 8. *& n seq.* ubi pluribus ostendit rasuram in litteris Principis, & præsertim Papæ falsitatem inducere, sive reperiatur in loco suspecto, sive non suspecto, & sive fuerit nociva, sive non, quando fuit non ab officiali publico, seu Cancellario, sed ab impetrante. Nec distinguitur an modica sit rasura, ut idem Afflictus tradit in Constitut *Qui litteras, num.* 1. *vers. Nec distinguitur an modica sit rasura*: unde secundum Laurentium *hic* relatum à Mariano Socino, *num.* 9. etiamsi rasura esset in facti narratione, & constaret, quod esset facta ab impetrante, obesset, ut cap. *Significante*, & cap. *Rodulphus, de*

9 *rescriptis*: quibus adde Hostiensem *in summa huius tituli, §.* 2 *vers. Quinto, in fin.* ubi dicit: hodie præceptum est, ut in litteris D. Papæ nec in magno numero, nec in modico audeat quis manum apponere, etiam litteram unicam, vel dimidiam, vel punctū unicum addendo, cancellando, diminuendo, componendo, aut mutando, exceptis officia-

libus, quibus hoc permissum est; alioquin manum apponens ex Canone lato in Curia ipso facto sententiam excommunicationis incurrit, quæ nõ potest, per aliquem citra Sedem Apostolicam relaxari, & tales difficillimè absolvuntur sine pœna: & quamvis Navarr. *in Manuali cap. 27. num. 62. vers. Sexta*, post Jo. Gersonem *in 2. p. tr. Alphab. 32. Cap. Quidam, fol.* 118. dixerit non sufficere aliquam litteram vel punctum corrigere, quod non mutat substantiam aliquam, ut faciat incidere in excommunicationem latam in falsarios litterarum Apostolicarum, saltem quo ad forum conscientiæ, cum id fiere bona mente sine dolo, & ullo alterius damno, non videatur mortale: non tamen videtur recedendum à communi opinione, quam etiã tenet Cardin. Cajet. *in summa, in ver. Excommunicatio, cap.* 2 6.

10 Cæterum adverte secundum Marian. Socin. *hic num.* 12. *circa finem*, quia si talis dolo mutaret, abraderet, seu cancellaret, puniri deberet pœna falsi, & alijs pœnis, quibus falsarij litterarum Apostolicarum puniuntur, de quibus in cap. *Ad falsariorum, supra eodem*, & præsumeretur dolo fecisse, si aliquid corrigeret, abraderet, vel induceret, quod esset de substantialibus litterarum, vel in loco suspecto, & importante aliquod præjudicium non leve; & ita intelligendus est textus in cap. *Licet, supra eodem*, & quod ibi notat glos. *in verb. Tenuem*, sed si extra substantialia, vel circumstantias necessarias abraderet, vel immutaret, ut in cognomine, vel agnomine, vel similibus, tunc arbitrandum esset hoc fecisse potius per simplicitatem, quàm per malitiam. Unde fortè non tenetur pœna, l. *Cornel. de falsf.* Esset tamen excommunicatus, ut dictum est, & carere deberet omni commodo litterarum, ut in cap. *Cum olim, supra de off. Delegat.* & quamvis ille textus loquatur tantùm de aperiente, & destruente solum sigillum: tamen satis placet ut non teneatur pœna l. *Cornel.* quia hujusmodi pœna non tenetur nisi dolosus, l. *Nec exemplum, Cod. ad leg. Cornel. de falsis*, gloss 1. in cap. *Ad falsariorum, supra eod.*

12 Neque obstat, quod in genere prohibitorum præsumatur dolus, ut notatur in cap. 1. *supra de præsumpt.* & consequenter cum etiam punctum, & litteram removere, aut apponere sit prohibitum, si in contrariũ operatus est, præsumatur dolo id fecisse; quoniam, ut respondet Marian. Socin. *n.* 15 ex quo id commissum est in loco nullatenus suspecto, & nihil importante, præsuptio est, quod potius per simplicitatem id egerit, argum. c. *Accedens*, juncta glos. 1. *supra eod.* Res tamen, ut subdit Marian. Socinus non esset sine maximo dubio,

13 & fortè si talibus litteris uteretur, falsi pœnam nõ evaderet, per tex. in d. cap. *Accedens*, & per notata, in l. *Divus, ff. ad leg. Cornel. de falsis.*

Tertiò casu, cùm scilicet dubium est, à quo facta fuerit abrasio, in quibus terminis intelligitur hoc cap. Conclusio sit, quod rasura paucarum litterarum facta in loco non suspecto non reddit litteras falsas. Casus est in hac decretali, quæ tametsi in definitè determinet paucarum litterarum rasuram non inducere suspicionem falsitatis: tamen communiter à Doctoribus intelligitur si rasura hujusmodi sit in loco nõ suspecto, aliàs secus: & in specie sic tradit Bernardus hic post casum dicens: Nota quod rasura paucarum litterarum nõ reddit falsum scriptum, nisi esset in loco suspecto, prout hic intelligitur, & tenent Joan. Andr. Butr. Cardinal. & Anchar. Abb. & omnes *in sum. textus.* Ad idem est casus expressus in cap. *Ex litteris, supra de fid instrum.* quem sic sumant Jo. Andr. & reliqui post eum, videlicet rescriptum Apostolicum propter rasuram in loco non suspecto non censetur vitiosum.

15 Ratio hujus conclusionis est, quia quandò rasura reperitur in loco non suspecto, præsumitur facta per officialem: secus verò si reperiatur in loco suspecto, quia præsumitur facta per impetrantem, vel utentem; & ideo talibus litteris fides non adhibetur, ut hic declarant Abbas *n.* 4. *vers. Sed quando*, Jo. de Anan. *n.* 3. & Mar. Socin. *n* 9. *vers. Sed quando*, Bellam. in cap. *In memoriam, num.* 4. & ibi etiam Turrecrem. *num.* 3 *vers. Alio modo*, & Præpositus *num.* 8 & 10. *distinct.* 19. Vitalinus *in Rubrica de crimine falsi*, in Clement. *num.* 5. *vers. Sed rasura in loco suspecto*: & ita intelligendi sunt Doctores, qui simpliciter ajunt, in dubio abrasionem præsumi factam ab habente auctoritatem corrigendi, ut puta officialibus Cancellariæ, scilicet si appareat in loco non suspecto, aliàs secus. Hi sunt in cap. *Ex litteris, de fide instrum.* Jo. Andr. *num* 4. *vers. Sed in dubio*, Butr. *eod. num. vers. In dubio præsumitur*, Cardinal *num* 3 *in fine*, Anchar. *in* 3. *notab. vers. Vbi autem apparet abrasio*, & Jo. de Anan *nu.* 3. & hæc præsumptio oritur propter Bullam in litteris Apostolicis appositam, quæ omnem suspicionem excludit, secundum Cardin. *ubi supra.*

16 Dicitur autem locus suspectus si abrasio fiat in nominibus judicum, vel in data, vel in remotione appellationis, ut exemplificat glos. in cap. *Inter dilectos, in ver. Consumptum, de fide instrum.* cum qua concordant ibi Innoc. *num.* 3, *in verb. Annotatione*, Hostien. *numero* 4. Jo. Andr. *num.* 29. Butr. *num.* 14. *& num.* 20.

17 Ergo si rasura sit in narrativa facti, propter hoc rescriptum Apostolicum non redditur falsum, nec suspectum, ut est casus ad litteram in d. cap. *Ex litteris, de fid. instrumen.* & ibi notat glos. *penult.* & communiter omnes.

Item glos. 1. *hic*, & Hostien. *post princ. in ver Rasuras*, Goffredus *in summa huius tituli, nu.* 9. Host. *in summa eod. tit. num.* 3. *vers. Quinto cum litteris Bullatis.* Jo de Anan in cap. *Licet, num.* 7. *vers. Adde etiam, supra eod.* Turrecr. in cap. *In memoriam, nu.* 2 *vers. Alio modo*, 19. *dist.* Afflict. *decis.* 404. *num.* 5. Itaque tunc obest rasura in facti narratione, quando apparet facta ab impetrante, ut in secundo casu: secus verò si dubitetur, ut in hoc tertio casu, quia non obest, & ita intelligitur d. cap. *Ex litteris, de fid. instrum* ut declarat Laurentius, quem hic sequitur Mar. Socin. *n* 9. *vers. Vnde soluit.*

18 Adverte tamen, quia si abrasio scripta sit manu diversa; tunc licèt reperiatur in loco non suspecto, indistinctè reddit litteras falsas. Quod plurimis modis potest deprehẽdi, nempè ex encausto, seu attramento, & specie, & forma litteræ, & alijs similibus modis, secundum quod traditur in l. *Cõparationes, Cod. de fide instrum.* & in l. *Si unus, C. de testamentis*, & è converso non obest rasura in quocumque loco reperiatur, si eadem manu fuerit scripta, ut post Laurentium voluit glos. in c.

20 *Licèt, in ver. Tenuem, supra eod.* Verum si dubium sit, an eodem, vel diversa manu sit scripta, tunc recurritur ad conjecturam loci; nam si reperiatur in

in loco suspecto; tunc præsumitur scripta non eadem manu, sed diversa; & ideo reddit rescriptum falsum, ut dicunt Abb. *hic num.* 4. & Jo. de Anan. *num.* 3. Hostien in d. cap. *Ex litteris eod. num. in princip. & vers. Nisi constaret*, & *ibi* etiam Joann. Andr. *num.* 7. *in fin. eod vers.* Et Anchar. *num.* 3. *itidem in fin. de fide instrum.*

2 Prædicta procedunt si litteræ Apostolicæ sint redditæ apertæ, secus verò si clausæ, quia tunc, ut dicit glos. in cap. *Licet, in ver Tenuem*, *supra eod.* non nocet rasura in quocumque loco sit; & idem voluit Laurentius, qui ad hoc allegat l. *Cancellaverat, ff. de hu. quæ in testamento delentur*, & quod notatur in cap. *Inter dilectos*, *supra de fide instrum.* & in cap. *Cum olim*, *de offic. Delegat.* & in d. l. *Comparationes*, C. *de fide instrum.* & in d l. *Si unus*, C. *de testam.* & est communis conclusio, ut dicit

22 Mar. Socin. *hic num.* 10 qui tamen eam limitat, & benè, dummodo character in loco rasuræ non sit ab alio multum difformis, aliàs secus; præsertim si esset magna, & notabilis rasura, & esset in loco suspecto, nec fieret aliqua mentio intus de correctione: nam eo casu præsumi posset sigillum esse adulterinum, & esset notabilis suspicio, & rationabilis, quod esset falsò appositum, vel quod fortè aliquo ingenio litteræ essent dissigillatæ, & rasura commissa, & postea sigillatæ; sed si intus eadem manu; & forma, tinctura fieret mentio de abrasione, secus esset dicendum.

De Collusione detegenda.

Cap. Audivimus

SVMMARIVM.

11 *Beneficio suo privatur qui per collusionem illud constituit censuale.*
2 *Colludens in causa beneficiali privari debet beneficio.*
3 *Prælatus potest Ecclesiam constituere pensionariam. Declaratur num.* 6.
4 *Collusio quid sit.*
5 *Gesta per collusionem non tenent.*
6 *Pensio bona fide imposita super beneficio sine auctoritate Episcopi non excedit vitam solventis: secus si cum Episcopi auctoritate.*
7 *Contrarium.*
8 *Pensiones ex stylo solus Papa reservat, & nullæ declarantur reservationes pensionum ad vitam factæ à Vicario Leodiensi.*

1 AUDIVIMUS. Beneficio suo privatur qui per collusionẽ illud constituit censuale. Hoc dicit secundum Jo Andr. &

2 omnes, vel generalius secundum Abb. Siculum. Colludens in causa beneficiali privari debet beneficio, & primò refert collusionem, secundò facientes puniri mandat, ibi, *unde.*

Nota ex textu Prælatum posse super fructibus beneficij annuam pensionem imponere, prout hic notat Bernardus post casum, dicens Prælatum

3 posse Ecclesiam constituere pensionariam: & satis probat hæc littera: nam in tantum pensionis impositio hic reprobatur, in quantum facta fuit per collusionem. Isti enim Clerici, qui fingebant se rectores, habebant jus in beneficijs, & pro bono pacis concordabant cum eis qui beneficia possidebant, ut tenerent ipsa quoad viverent, & in signum juris petentium solverent eis annuam pensionem, ut post mortem ipsorum possent actores possessionem beneficiorum intrare: & per hoc illudebatur collatio, quæ debebat fieri per Episcopum: & in hac collusione, & fraude Papa hic fundat suam decisionem, ut patet in littera ibi, *Si quos*

4 *Clericos per collusionem huiusmodi fraudem legitimè sibi constiterit commisisse.* Est enim collusio inter actorem, & reum latens, & fraudolenta conventio, secundum glos. 1. & Host. *n* 1. unde collu-

5 dium non debet remanere impunitum, cap. *Si quem panituerit, 2. q. 3* & gesta per collusionem non tenent, l. 3. *ff. eodem*, secundum Innoc. *hic in fine.*

6 Ergo à contrario sensu cessante collusione pensio fuisset validè imposita; non tamen excederet vitam solventis etiam collusione cessante, cùm esset imposita sine actoritate Episcopi, ut dicit glos. *secunda*, cum qua concordat Innoc. *in princip.* inquit enim:) Hæc pensio si bona fide pacta sit, non excedit vitam pacifcentis, nisi interveniat auctoritas Episcopi.) allegat cap. *De cætero*, & cap. *Veniens, supra de transact.* & sequitur Hostien. *n.* 2. dicens pensionem sine auctoritate Episcopi constitui non posse, & si constituta sit etiam licitè, vitã ejus, qui solvit, non excedere. Sentiunt igitur glos. Innoc. & Host. pensionem posse aliquando licitè constitui sine Episcopi auctoritate, scilicet pro bono pacis, & concordiæ omni fraude, & collusione cessante; sed eo casu pensionem esse personalem, nec excedere vitam gravati. Ergo à contra-

7 rio censent per auctoritatem Episcopi posse bona fide constitui pensionem realem, & duraturam in tempus successionis in beneficio. Tu verò de hoc articulo dicas ut scripsi in cap *Nisi essent, de preben.* ubi plenissimè examinavi an, & quando possit Episcopus sua ordinaria auctoritate pensiones ad vitam, vel perpetuas imponere, *à num.* 14. *usque ad num.* 65. & ad hunc textum responde ut per Abb. *in* 1. *not. ab.* videlicet hic vacare argumentum à contrario sensu, quia habemus jus expressum in contrarium, idest in d. cap. *Nisi essent*; quod irrefragabiliter probat Episcopum nec pro bono pacis posse annuas pensiones imponere, quæ transeant ad successores in beneficio, inducendo illud fortiter, ut ibi dixi *n.* 40.

8 Quibus adde quod cùm Vicarius Leodiensis delatus fuisset ad s. m. Paulum V. quod dispensationes in aliquibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis passim concederet, & pensiones tam vitales, quàm perpetuas reservaret, Papa per litteras in forma Brevis hujusmodi gratias, & reservationes nullas esse declaravit, eidemque inhibuit sub pœnis, & censuris, ne de cætero similia attentaret: & cùm postea Serenissimus Episcopus, & Princeps Elector conquestus esset, quod se in audito hujusmodi litteræ emanassent, Congregatio ad illius supplicationem super his controversijs deputata quoad facultatem reservandi pensiones, tam etsi DD. variè distinguant in cap. Audivimus, de Collus. detegen. Cùm tamen usus Sedis Apostolicæ. Ubique receptus habeat ut solus Papa eas reservet, minimè posse Vicarium hanc sibi facultatem vendicare, totius negocij seriem retuli in c. *Cum de tua, n.* 11. *& 17. supra de corpor. vitiat.*

De Maledicis.

Cap. Innotuit.

1 INNOTUIT: Maledicens Papæ puniendus est, ut deinceps alij abstineant, & terreantur. Hoc dicit Jo. Andr. Et primo ponit culpam; secundò puniti mandat, ibi, *ipsum*.

Pro intellectu hujus textus vide quod scripsi in cap. *Licet, n.* 18. *de pœn:*

De Clerico excommunicato deposito, vel interdicto ministrante.

Cap. Si quis Presbyter.

SUMMARIUM.

1 *Depositus, vel suspensus celebrans, & monitus non desistens excommunicatur, & si nec sic desistat, per secularem protestatem ad requisitionem Ecclesiæ, exilio damnatur.*

2 *Irregularis an efficiatur Clericus minorum Ordinum suspensus, excommunicatus, vel interdictus ministrando in aliquo ex dictis ordinibus, & num. seqq. usque in finem.*

3 *Pœna ubi non est statuta, non est nostrum eam imponere.*

4 *Irregularitas non incurritur nisi in casibus in iure expressis, & dicens aliquem irregularem, debet dare casum iuris.*

5 *Clericorum appellatione veniunt Clerici minorum Ordinum.*

6 *Ius generaliter, & indistinctè loquens, generaliter, & indistinctè intelligitur, nisi per aliud distinguatur.*

7 *Deponitur quis à minoribus Ordinibus, sicut à maioribus, & num.* 13.

8 *Irregularis in dubio prohibetur ministrare in sacris Ordinibus; in minoribus verò permittitur dispensativè.*

9 *Et an hoc casu dispenset Episcopus.*

10 *Ordinum minorum ministeria exerceri debent per Clericos cœlibes tantùm, & in eorum defectum per Clericos coniugatos, non tamen bigamos.*

11 *Irregulares fiunt Clerici ministrantes in prima tonsura, & in minoribus ordinibus simoniacè susceptis ex Constitutione Sixti V. hac in parte non revocata per Clementem VIII.*

12 *Ordines minores, in quantum sunt Sacramentum, ordinantur omnes ad Sacramentum Eucharistiæ.*

13 *Et secundum se sunt sacri.*

14 *Interdictum violat qui in officio suo ministrat sicut prius, licèt sit Clericus minorum ordinum, & irregularitatem incurrit, & num. seqq. usque in finem.*

15 *Secus si exerceat aliquid non deputatum certo ordini, ut cantare Responsoria, dicere Psalmos, & huiusmodi.*

16 *Item secus si sit deputatum certo ordini, sed ex consuetudine exerceatur etiam per laicos, ut in Epistola, quæ sine apparatu dicitur per quemcumque.*

Sed contra n. 18. *&* 19.

17 *Clerici suspensi, excommunicati, vel interdicti, qui tamquam Clerici ex officio suo exercent actum alicui ex dictis ordinibus deputatum, irregularitatem incurrunt ex voto sacræ Pœnitentiariæ.*

18 *Consuetudo quæ minorum ordinum functiones exercentur promiscuè à Clericis, ac laicis, est corruptela à Concilio Tridentino improbata.*

19 *Monialis, vel laicus non possunt canere Epistolam, & Lectiones in Missa solemni, & si necessitas urgeat, consulendus Sanctissimus ex sententia sacræ Congregationis Concilij.*

20 *Regulares comprehenduntur in decreto Conc. Trid. sess* 23. cap. 17. *de minorum ordinum functionibus non exercendis nisi per Constitutos in eisdem ordinibus.*

1 SI QUIS PRÆSBYTER. Degradatus, vel suspensus celebrans, & monitus nõ desistens excommunicatur; & si nec sic det sistat per sæcularem potestatem ad requisitionem Ecclesiæ exilio damnatur. Hoc dicit, secundum Jo. Andr. & omnes.

2 In textu ibi, *Aut alius Clericus.* QUÆRO, An Clericus minorum ordinum suspensus, ex cõmunicatus, vel inter dictus ministrando in aliquo ex dictis ordinibus, irregularitatem incurrat.

3 Ad partem negativam arguitur, quia Canones, qui in contrarium allegantur, ut hic, & in concordantibus, infra citandis, quod pertinet ad irregularitatem, videntur restringendi ad constitutos in sacris, de quibus loquitur cap. 1. *supra eod.* & cum nullum jus expresè dicat Clericum inferioris gradus citra sacros excommunicatum, vel suspensũ, aut interdictum in ordine suo ministrantem in irregularitatem incidere, nec nos ex capite nostro hanc pœnam inducere debemus. Primò, quia ubi pœna statuta non est, non est nostrum ipsum imponere, l. *Et si quis, §. Et generaliter, ff. de Relig. & sumpt. funer.* l. 2, §. *Non perpetuè, ff. de Sepulchro violato.* Secundò, quia irregularitas non incurritur
4 nisi in casibus in iure expressis. Unde qui di-
5 cit aliquem irregularem, debet dare casum juris, cap. *Is qui, de sent. excom. lib.* 6. Speculator *in tit. de dispensat.* §. *Iuxta, num.* 22. & cum odiosa sit, & pœnalis, restringenda est, non laxanda, cap. *Pœna, de pœnit distinct.* 1. cap. *Odia, de regul. iur. lib.* 6.

6 Tertiò, quia Acolythi, & inferiores quasi laici censentur, ut patet in eo, quod leg, & notan. in c. 1. *& 2. supra de Cleric. coniug.* nec in degratatione ipsorum adhibetur illa solemnitas, quæ adhibetur in degradatione constitutorum in sacris, ut in cap. *Felix*, & in cap. *Si autem* 15. *qu.* 7. Ideoque si ecclesiasticam censuram contemnat, non potest adeo affici ordo ipsorum, sicut ordo sacer, nec punitur nisi sicut Monialis, quam certum est non posse irregularitatem incurrere, cap. *Postulastis*, §. *Quæsivistis, infra eodem*; & sicut laici, & fœminæ, ut infra in hoc cap. *vers. Similiter de clericis, laicis, vel fœminis.* Igitur, aut tales nullam contrahunt irregularitatem, aut si contrahunt aliquam, Episcopi poterunt super ea dispensare, secundum ea, quæ leguntur, & notantur in c. 2 *supra de bigam* & per Hostien. in cap. *Ad audientiam, n.* 4. *in ver. Concedere, supra de homicid.* Quartò, minorum ordinum ministeria ex generali consuetudine promiscuè exercentur tam à Clericis, quã

à Lai-

à laicis: & hoc potissimum fundamentum huic opinioni adhærent complures Theologi, & in specie Petr. de Palud. *in* 4. *sent. dist.* 18. *qu.* 4. *vers. Quintus effectus, & q.* 7. *art.* 3. *conclus.* 2. Ricchard. de Media villa, *ead. dist.* 18 *art.* 7. *qu.* 5. Gabriel *ibid. q.* 2. *art.* 3. Sot. *in cap.* 4. *dist.* 22. *qu.* 3. *art.* 1. *conclus.* 5. Asten. *in summa p.* 2. *lib* 7. *tit.* 10, *qu.* 1. S. Antonin. 3. *p. tit.* 22. *de Irregular. cap.* 1. §. *De Subdiaconatu*, Tabiena *in Ver. Suspensio, n.* 3. & Clarus *n.* 10. & alij apud Sylvestr *ver. Irregularitas, n.* 15. & complures moderni, & ex Canonistis Covarr. in c. *Almamater, p.* 1. §. 6. *n.* 9. *vers. Decimò, de sent. excom. lib.* 6. Pro hac sententia S. Antoninus, & Tabiena allegant etiam S. Thomam, qui tamen videtur potius oppositum sentire, ut dicam infra *num.* 16. *in fin.*

7 Verùm quidquid subtilizetur, ut inquit Hostiensis *hic n.* 4. certum est etiam Clericos minorum ordinum censura irretitos ministrando in aliquo ex dictis ordinibus, irregularitatem incurrere. Quod probatur primò in hoc textu, qui non tantùm loquitur de Presbytero, sed etiam de aliis Clericis, qui aliquid de ministerio sibi interdicto agere præsumpserint, & in cap. *Clerici*, in cap. *Fraternit. ati*, ibi, *Presbyteros autem, & alios Clericos*, & in cap. *Postulastis*, §. *Quæsivistis, infra eod.* in cap. 1. §. *Sciturus, de sent. & re iudicat. lib.* 6. cap. *Cum medicinalis*, §. *Caveant*, & cap. *Is cui*, *de sent. excomm. eodem lib.* quæ Jura de Presbyteris, & Clericis indistinctè loquuntur: sicut hæc rubrica, quæ non inscribitur de Presbytero, vel Diacono, &c. sed de Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante: Clericorum autem appellatione absque dubio veniunt Clerici minorum ordinum, c. *Cleros*, 21. *dist.* cap *De persona in fin.* 11. *q.* 1. præsertim cum ponuntur ad differentiam Presbyterorum, ut *hic*, & in c. *seq.* unde, ut inquit Host. *ubi supra*: Jus generaliter, & indistinctè loquens; generaliter, & indistinctè intelligitur, nisi per aliud distinguatur, l. 3 *ff. de offic. Præsid.* cap. *Quia circa, infra de privileg.* Qui ergo dixerit constitutum in minoribus irregularitatem contrahere, sicut & alios non creditur ei, nisi ostendat jus, quod ipsos expresè eximat, quod, ut ipse putat, nunquam est reperire.

8 Secundò hoc videtur expressum in cap. *Episcopus, in fin.* 11. *q.* 3. ubi non tantùm Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, sed & reliqui gradus à Synodo depositi prohibetur ministrare, nisi in reparatione sua recipiant ea, quæ in ordinatione perceperant, ubi glos. *in ver. Reliqui* notat æquè aliquem deponi à minoribus ordinibus, sicut à majoribus, & allegat jura concordantia. Ad idẽ allegatur textus in cap. *Si quis Episcopus in Concilio*, *ead. caus. & quæst.* ubi dejicitur à Clero Presbyter, vel Diaconus, qui oblationem, vel matutinum, aut vespertinum sacrificium quasi in officio suo agit sicut prius, & sic etiam ministeria, & functiones minorum ordinum inducunt irregularitatem, ponderando illa verba, *Sicut prius*, prout intelligunt hoc casu glossa prima in cap. 1. *supra eadem*, Innocent. & alij infra citandi *nu.* 14. Host. *n.* 4. Abb. *eodem n.* & communiter Doctores.

Tertiò, ad hanc partem inducitur bonus textus in cap. *Ad audientiam, supra de homicid.* nam Presbyter ille, de quo dubium erat, an esset irregularis, absolutè prohibetur ministrare in sacris ordinibus, & post peractam pœnitentiam ex indulgentia conceditur ut possit ministrare in minoribus, ut demonstrat illa verba: *Poteritis concedere, ut minoribus sit contentus*, ubi glossa ultima exponit, *poteritis concedere*, scilicet dispensativè, ut in cap. *Continebatur eodem tit.* & cum glossa transeunt ibidem Jo. Andr. *num.* 7. & alij
9 communiter, licèt in eo casu, scilicet homicidij casualis, & dubij possit Episcopus dispensare, secundum Host. *ibi, n.* 4. ubi exponit ver. *Concedere*, idest jure suo, & quod de minoribus agitur: nam in sacris non dispensat nisi Papa ut d. cap. *Continebatur*, & sequitur Joan. Andr. in eodem cap. *Ad audientiam, in fin. vers. Putat tamen Host.* secus in homicidio voluntario, ut cap. *Miror.* 50. *distin.* Quemadmodum ergo irregularis absque dispensatione prohibetur ministrare in ordinibus, ita suspensus, excommunicatus, vel interdictus ministrando in illis irregularitatem incurrit, ut in cap. *Is cui, de sentent. excommunic. lib.* 6. cum concord. supracitatis.

10 Quartò, ad idem est decretum Concilij Tridentini *cap.* 17 *sess.* 23 quod præcipit Episcopis, ut ad minorum ordinum ministeria assumant Clericos celibes, si præstò sint, & in eorum defectum sufficiant Clericos conjugatos, dumodo non sint bigamini. Atque ita hujusmodi ministeria interdicta sunt irregularibus, & sic etiam censura irretitis: & hinc fit, ut Clerici, qui cum censura in prædictis ordinibus ministrant, irregularitatem incurrant, per hoc cap. ubi irregulares declarantur qui aliquid de ministerio sibi interdicto agere non verentur.

11 Quintò, hoc videtur expressum in Constitutione 91. Sixti V. *Sanctum, & salutare*, contra Clericos malè, & simoniacè promotos in Bullar. *tom.* 2. *pag* 651. quæ Clericos etiam primæ Tonsuræ malè promotos perpetuò suspensos declarat ab executione, ministerio, & exercitio Ordinum susceptorum; ac si in eis ministrare præsumpserint, illos sic irregulares effectos omnibus officiis, & beneficijs privat; ubi ponderanda sunt illa verba, *sic irregulares effectos*, quæ demonstrant Papam non infligere de novo irregularitatem, sed supponere Clericos sic ministrantes jam esse irregulares effectos: & ita est ibi casus expressus, quod Clericus minorum ordinum suspensus si illius ministret, irregularis efficitur: & quamvis hæc Bulla quoad alios malè promotos fuerit revocata à Clemente VIII. in sua Constitutione 4 *Romanum Pontificem*, in Bullar. *tom.* 3. *pag* 54. tamen salva remanet quoad simoniacè ordinatos, ut ibi in §. 2. & sic tales cum suspensione ministrantes in ordinibus minoribus supponuntur jam irregulares effecti in Bulla Sixti hac in parte per Clementem minimè revocata.

12 Sextò, & ultimò, Ordines omnes tam sacri, quã minores unum constituunt sacramentum, scilicet Ordinis. Concilium Tridentinum *de Sacramento Ordinis sess.* 23. *cap* 1. & 2. & in quantum sunt sacramentum, omnes ordinantur ad Sacramentum Eucharistiæ. S. Thom. in 4. *sent. distinct.* 24 *quæst.* 3. *art* 2. *qu.* 2. *in corpor.* & in 2. 2. *qu.* 40. *art.* 2. *idem in corp.* singuli habent suam materiam, & formam à Christo Domino institutam. Concilium Florentinum in Decreto Fidei Eugenij IV §. *Sextum Sacramentum*, & scripsi in c. *Cum venissent, num.* 28. *supra de Sacra Vnct.* Item singuli habent suas peculiares functiones à temporibus Apostolorũ in

Eccle-